

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Catvlli,|| Tibvlli,|| Properti[i]|| Nova Editio.|| Iosesphvs  
Scaliger|| Ivl. Caesaris F.|| recensuit.|| Eiusdem in  
eosdem Castigationum Liber.|| Ad|| Cl. Pvteanvm  
Consiliarium Regium|| in suprema ...**

**Catullus, Gaius Valerius  
Tibullus, Albius  
Propertius, Sextus**

**Lutetiae, 1577**

Iosephi Scaligeri Ivl. Caes. Fili Castigationes in Catvllvm, Tibvllvm,  
Propertivm.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-258**

JOSEPHI  
SCALIGERI  
IVL. CAES. FILI  
*CASTIGATIONES*  
IN  
CATULLVM, TIBULLVM,  
PROPERTIVM.



LUTETIAE,  
Apud Mamertum Patissonium, in  
officina Rob. Stephani,  
M. D. LXXVII.

IVICAS - ILLI

CUS CATHOLICUS

IN

CATHOLICUM TIBURTIAN

PROPERTIVUM



IVATETIA

opus Mathematicum Theologicum in

Officiorum Rop. Sibopani.

M.DXXXVII

JOSEPHI SCALIGERI  
IVL. CAES. FILI

CASTIGATIONES IN VAL.  
CATULLI LIBRVM.

P. I. C. VALERI.] In manuscripto eruditissimi viri Iacob. Cuiacij non Caius, sed Quintus prænomen exaratum est. idque videtur confirmari carmine in ianuam, illo versiculo:

Verum si populi nania, Quinte, facit.

Quare, qui illi Caio prænomen faciunt, possunt hac auctoritate permoti sententiam suam mutare: Porro liber ille, quo vi sumus, cuiusque iam mentionem fecimus, longe alios huius poetæ manuscripts bonitate superante mihi videtur; quum tamen omnes ex uno exemplari descripti fuerint. Id exemplar ab homine Veronensi, quisquis ille fuit, in Gallijs repertum, omnes illos codices eius poetæ, qui in Italia extant, propagauit. Et quum multi extiterint, quorum pars vitam poetæ collegerint, pars in eum Commentarios ediderint: miror a nemine illorum memoria proditum, quando, & a quo, & vbi hic liber repertus in manus nostras peruererit. Solus Volaterranus, quod sciam, memoria auorum suorum, e situ erutum scribit. Sed in Gallijs se eum reperiisse ille ipse, qui publicauit, epigrammate testatus est. Quod quanuis dignum est elegantia saeculi illius, quo literas scire, barbaries erat: tamen nequid sine teste dicerem, id æquo animo hic adposui. Inducit vero Catullum loquentem:

Ad patriam redeo longis a finibus exul.

Causa mei reditus compatriota fuit,

Scilicet a Calamis tribuit cui Francia nomen;

Quique notat cursum pretereuntis iter.

Quo licet ingenio vestrum renocate Catullum,

Quoivis sub modio clausa papyrus erat.

Et si, candide lector, hoc epigrammate patienter carere

poteras, habet tamē quod te scire melius fuit, quā igno-  
rare. Non repetam de Catullo, quā vulgarissima alijat-  
que alij tanquam noua nobis obtrudunt. Id tantum dic-  
cam : vrbicarium & Mimographum poetam huic no-  
stro cognominem fuisse: cuius meminit Iuuenalis. Er-  
fortasse is fuit auctor carminis de Vere, ex quo hoc ci-  
tat Erasmus:

*Sic Amyclas, dum tacebant, perdidit silentium.*

Suspicio autem illud Gallicanum exemplar Langobardicis literis scriptum fuisse, quia errores, qui in postre-  
mis codicibus ab imperitis librariis disseminati sunt,  
non aliter videntur, quam a morosis illis characteribus  
nati. id quod suo loco diligenter admonebamus. Præterea  
non character solum menda propagavit, sed & antiqua-  
ria lectio. Nam librarius semper scriperat Q Y O R,  
Q V O M, LVDEI, LVCEI, A D E P T A S, M' ALIVS,  
OCEANO'S, POPVL' ARBITRIO, DEVOLVITILL'  
ACVTO, ILI' ET. Item multa alia præterea, quorum  
ignoratione quantum in hoc auctore edidō peccatum  
fit, postea docebo. Miraberis enim, studiose lector, tan-  
tam mendorum segetem hunc politissimum auctorem  
occupasse. quam si non omnem extirpauero, tamen  
non magnum post me spicilegium relinquam.

5 *A d Cor. Nepotem]* Ineptum est dubitare de Cor. Ne-  
pote, quem Plinius & accolā Padi, & Transpadanum vo-  
cat. Sed Ausonius omnem prorsus dubitationem tollit,  
qui eum Gallum vocat, & Nepot cognomen attribuit.

*Cui dono lepidum nouum libellum,*

*Veronensis ait poeta quandam.*

*Inuenio que dedi statim Nepoti.*

*At nos inlepidum, rudem libellum*

*Credemus gremio cui fouendum?*

*Inueni, trepide silete Nattæ,*

*Nec doctum minus, & magis benignum,*

*Quam quem Gallia prebuit Catullo.*

8 *A R I D A modo ]* Cur dubites de hac lectione, cauf-  
ſæ non est, si Seruium locupletissimum auctorem habes.  
Quare enim illi minus, quam libris ab hinc centum an-  
nis scriptis tribuendum sit, non video.



C A S T I G . I N C A T V E .

9 C O R N E L I ] Male hoc distinguitur vulgo. Ita enim  
scripsit Catullus:

Quo dono lepidum nouum libellum,

Arida modo pumice expolitum?

Corneli, tibi. - Sic in Epigrammatis:

Quo potius faueam? Celi, tibi.

12 O M N E ænum tribus ] Dupliciter peccant docti viri  
in huius loci enarratione. primum, quum Annales Ne-  
potis intelligent: quorum quum Grammatici decimum  
quintum citent, non efficient, id quod volunt. nempe il-  
lud, *Tribus chartis esse*, breuiter & compendiose, ut ipsi  
exponunt. Nam quomodo compendiose scribere po-  
tuit, qui ad decimum quintum, aut ulterius fortasse scri-  
perit? Alter error, quum *Tribus chartis*, ut iam monui,  
pro breuiter accipiūt. Quid ergo? Intelligit Chroonicon  
Nepotis, quod antiquissima etiam mythologica com-  
pletebatur. Ausonius: *Apologos Titiani*, & Nepotis Chro-  
nica, quasi alios apologetos, nam & ipsa instar fabularum sunt,  
ad nobilitatem tuam misit. Deinde aperte hoc Catullus ipse  
docet. Nam *non Omne ænum* plane ad Chronica refertur.  
Chronicorum scriptio omne omnium gentium ænum  
complectitur, Annales tantum viuis nationis gesta. At  
tribus chartis quod dixit, pene pueri ipsi explicauerint,  
tribus libris. Ita Q. Serenus:

Tertia nanque Titi simul & centesima Linii

Charta -- An censes aliud quam centesimum  
tertiū librum indicari? Quare doctis viris, qui id pro-  
verbialiter dictum interpretantur, per me quidem tace-  
re licet. Quid enim breuius scribere potuit, quam omne  
ænum ab ultima antiquitate tribus libris complecti?

14 Q V A R E H A B E ] Ita lege ex veteri scriptura:

Quare habe tibi, quicquid hoc libelli est,

Qualecunque -- Quod est elegantiæ priscae ac  
Latinae.

15 Q V A L E C V N Q u i d e m ] Iam deuenimus eum  
locum, qui adeo vulgus Grammaticorum torsit. Notum  
commentum Pontani, ipso Pontano indignum, quod  
multi ita amplexi sunt, ut quum se belle Catullum imitari  
profiterentur, id totum tanquam γνῶσον Catulli in suos

a. iiij.



hendecasyllabos inculcarint. Librorum scriptorum lectio, ut iam multi monuerunt, ita concepta est. - quod o patrона virgo. Parua quidem mēda, si leuiusculam mutationem quae hic contigit, spectes: sed non parui momenti, si nos quidem recte diuinauimus. id quod tamen nos fecisse fortasse non inepte affirmare possumus. Legimus ergo:

*Quare habe tibi quicquid hoc libelli est,  
Qualemque. quod, o patrимa Virgo,  
Plus uno maneat perenne seculo.*

Quibus uterque parens superstes erat, iij Græcis αὐτοῖς, Latinis patrimi matrimi dicebantur. Contra quibus alter tantum parens erat, ἐποδελτῖς & Latine, quibus pater deceperat, iij matrimi: quibus mater, iij patrī. mi erant. Eleganter vero Catullus Mineruam, quæ tantum patrem habebat, patrimam vocat. Eo nomine θύματέρεια a Græcis poetis vocatur. vt,

καῦθι μεν θύλασσον Τριτωνίας θύματέρεια.

Nā, ut inquit Callimachus - μάτηρ δ' οὐ περ θάλ,  
Αμάδης κορυφά - Quare propterea αἰνιτόρι dicta.  
Euripides Phœnissis: δίας αἰνιτόρος παλάδης φερεδήσι.  
Hoc est, Diuæ patrimæ Mineruæ consiliis. Sic quum  
Volcanus a Græcis dicitur αἰνιτόρ, iure vertere potes,  
matrimus. Patre enim caret, vt Minerua matre. Perpe-  
ram vero alteram ab ultima corripuit Politianus, quum  
analogia aliter doceat. Ita enim producimus, Primus,  
Bimus, Trimus, Quadrimus. Ad quod exemplum for-  
matur, Patrimus, Matrimus. Sane hic locus est elegantiæ  
non vulgaris.

18 P A S S E R] Nimiris argutatur Politianus, & Turnebus,  
alter, quod nescio quid sub turpiculū sub passēris nomine  
Catullum αἰνιτέραι vult: alter, quod passerem amica a  
Catullo commendatum vult, quia secundum Sappho  
currum Veneris passerēs trahunt. docti quidem ambo,  
sed quos mallem hoc tacuisse. Quod autem hactenus  
hoc epigramma a nemine intellectum sit, nisi ex iis, quæ  
sequuntur, conuicero, oleum & operam me perdidisse  
dicito.

## CASTIG. IN CATVLE.

7

22 CVM desiderio meo nitenti] Scribendum est Q V V M.  
Quum liber, hoc est, quandoquidem liber. In plerisque  
veterum libris Q V O N I A M pro Q V V M substitutum est.  
& ut alios taceam, Institutiones Iustiniani Imp. manu-  
scriptar. semper habet Q V V M, ubi vulgo Q V A N D O, aut  
Q V O N I A M interpolatum est. Hoc maioris est mo-  
menti, quam paedagoguli prima fronte iudicare possent.  
Quid enim sequitur, vide. Male vero desiderium puer-  
lam ipsam, & amores poetæ interpretantur vulgo.

P. 2.2 v T. [foliolum] Corruprissima hæc sunt, si quæ alia in  
Catullo. &c. si qui putant se totū Catullum tenere, verum  
fateri volūt, profecto se in hoc loco nihil penitus videre  
fateantur necesse est. Vetus scriptorum librorum lectio:

Et foliolum sui doloris

Credo ut quom grauis acquiescerit error.

Magnum mendum, sed parua labe contractum. Nam  
vetus codex Gallicanus sine dubio habuit credunt pro  
credunt. ita enim non raro scribabant, ut in lapide Nar-  
bonensi:

V I V O N T

A. S E M P R O N I O

G A L L A E C I. L. L A E T O

P V R P V R A R I O

E T. S E M P R O N I A E. M O D E S T A E

V X O R I.

Et in aliis eiusdem urbis inscriptionibus legitur V I-  
V O N T pro viuunt. Acquiescerit autem pro acquiescit scri-  
pturn fusse non mirum videri debet. Ita enim sapissime  
in hoc libro. V T I P S E, Q V E, L V C E, & similia, pro I p s i,  
qui, luci. Mens Catulli hæc est. O passer, quandoquidem li-  
ber mihi dare ludum desiderio meo, hoc est; Quando  
liber mihi animi gratia iocari: & homines tunc credunt  
se defunctos dolore, quando eo leuatur: vtinam tecum  
ludere, sicut ipsa possem, ac tam leui opera, æstu ac do-  
lore meo defungi. Errori etiam ansam dare potuit no-  
men supplendum, ad quod refertur nō credunt. Ita enim  
sapientiuntur veteres. Propertius:

Non ita complebant Ephyreæ Laidos edes.

Complebant, qui? homines, amatores. Theocritus.

a. iiiij.



ὅστον ἐράνη πατέος μάρτυρι μαρτύρις αἰνούειν.  
Subaudimus enim ταῦτα & haec quoque sunt inusitata elegantiæ: quæ tamen hactenus nemo intelligebat.

4 T E C V M *ludere*] Nō expressum est τὸ δύκτην Vtinā. Virgilius: -- Troum *socia arma secutum* Obruerēt Rutuli-  
vtinam obruerent. Legendum vero, ut in manuscriptis,  
*Tecum ludere, sicut ipsa possem*, non autem, *Secum ludere, si-  
cūt ipse possem*. Ouid. Me quoque qua fratrem maſtassen, im-  
probe, dextra. Subaudiendum & hic, vtinam. Tibullus:  
*Tum mihi vita foret. Vtinam foret.*

12 P A S S E R *mortuus est*] Post hunc versiculū in manu-  
scripto nostro, itemq; in primitus excusis repetitur ver-  
siculus ille: *Passer delitiae mee puelle*. Nimis sane morosi,  
qui illa repetitione offensi sunt.

19 P I P I L A B A T] Recte. a ventulo, ventilare. a pipulo,  
pipilare. Quid sit Pipulus, explicat Varro apud Plautum  
Aulularia. Mattius Mimiambis:

*Dein cocenti vasa cunela dielecta.  
Nequamue scitamenta pipulo poscit.  
Quare hoc verbo docti offendantur, cauſam adhuc  
communisci non potui.*

21 I L L V C *vnde negant*] Theocritus: - αὐτέξοδον εἰς αὐχ-  
porta. Nicander, δυσέκρομος.

26 T V A *nunc opera*] Recte Tua, ad passerē. Iuuenal. - cuius  
Turbavit nitidos extintus passer ocellos.

Pa.3,19 *A mare nouissime*] Ita liber noster. Sed profecto recte  
faciebant, qui legebant Nonissimo. Quis nescit nauigatio-  
nem ad ea loca, εἴχαστον πλουῶν dictam εἰς versus prouer-  
bialis: εἰς Φᾶσην, εἴθε νεωσὶν εἴχαστος δρόμος. Allusit Pro-  
pertius: -- longe Phasidios iſſe viam.

25 V I V A M V S] Satis notum, quid sit hic VIVAMVS.  
Hoc idem ostendit vetus inscriptio Narbone.

AELIAE. RESTITUTAE. ANIMAE  
DVLCISSIMAE. BELLATOR. AVG. LIB  
CONIVGIRARISSIMAE. BENE. MERENTI  
AMICI  
DVM. VIVAMVS  
VIVAMVS

Pa. 4, 8 N i s i n t i n e p i d a ] P r o u e r b i u M r a c o r u m , καλλιον τὸ φα-  
νερὸς ἐξεῖν τὸ λαθρα. Plato Symposio , ἀθυμητέπ γδ  
ἐπ λέγεται , καλλιον τὸ φανερως ἐξεῖν τὸ λαθρα , καλλιστα  
τὸν οὐναοπάτων δρίσων , καν αἰχόις ἀλλων ωσι . &c. Horatius : Dicat Opuntie

Frater Megille , quo beatus

Vulnere , quia pereat sagitta.

Hec huius poematiū mentem non parum aperiunt.

18 N A M n i p r e u a l e t ] H e c o m n i a c o m m e n t i t i a , &  
adulterina. Prisca lectio:

Nam mi ista praeualeat nihil tacere,

Cur non tam latera e. panda

Nec tu quid facias ineptiarum.

Multum opis ea scriptura adulterit ad verū eliciendum:

Nam, ni stupra, valet nihil tacere

Cur uantem latera e. panda

Noctu quid facias ineptiarum.

Nam nisi, inquit, stuprum est, quod fateri non audes, ni-  
hil est cur taceas quid noctu facias , quum exhaustæ vi-  
res, & pandum latus id prodat. Ex Cur non tam, fecimus  
curuante quod sciremus in hoc libro, non, pro, nam, &  
vicissim substitutum fuisse. Itaque minus negotij fuisse.  
Si cur nam tam, scriptum fuisse. Nam illa parua admodum  
licentia est, Nec tu, pro Noctu, in primo versu quod Stupa-  
ruimus, hoc factum, quia saepe in hoc libro n pro a scri-  
ptum fuit. Et Langobardus character non distinguit has  
duas literas. In multis aliis bonis scriptoribus non raro  
idem commissum reperias. Apud Ciceronem ad Q. Fra-  
trem Epistola prima libri tertij : In Balneariis affa in alte-  
rum apodyterii angulum promovi. propterea quod ita erant  
posita, ut eorum vaporiarum, ex quo ignis erumpit, effet sub te-  
ctum cubiculi subgrande, legendum, Effet subiectum cubiculi  
subgrundæ, n. in quibus verbis Ciceronis non solum  
hoc emendaquimus, sed glossema illud delemus, Ex quo  
ignis erumpit. Lego igitur : ut eorum vaporiarum effet subie-  
ctum cubiculi subgrande. Quid sit subgrunda & medio-  
criter docti sciunt. Affa vocat hypocaustum. cuius ignis  
potuit subgrundam cubiculi incendere , quia illi subie-

Etum erat hypocrausti præfurnium, quod ipse vocat <sup>va. 1</sup>  
porarium. Porro, *vales*, est quod Graci dicunt, *avies. sed  
avies oīāv*. Idem verbum eodem sensu positum reperi  
in vetustissimo Epitaphio pueri Narbonæ, quod dignum  
visum ut non illuc tantum legeretur. Est autem tale:

\* \* \*

\* nec duro iam doleas obitus.

Nec tibi, nec nobis eternum vivere cest.

Quod pueri occidimus, fata querenda putas?

Dum sis in vita, dolor est amittere vitam.

Dum semel occidimus, omnia despicias.

Orbem sub leges si habeas, num virus ad orchum?

Quid valet? hic nulla est diuitis ambitio.

28 LASERPIGFERIS iacet Cyrenis] Corripuit syllabā,  
quæ alii producitur, nec tamen id sine exemplo. Cal-  
limachus --- τείπαν γε φρέσκον κωρήνης. Hermesianax:  
αἴθρια κυρωμάτων δ' εἰστε πόδος ἐπαντοντος ιδ. mod.

pag. 5, 3 Q V A E nec per numerare curioſe.] Et supra:

Conturbabilimus illa, ne sciamus,

Aut ne quis malus insidere posbit.

Supersticio veterum, qui finitum numerum obnoxium  
fascino credebant. Itaque laudantes, aut numerantes di-  
cebant, *Præfascini*. hoc verbo omnem inuidiam se amo-  
liri putabant, vt quum in culleum primam vrnam vini  
indidissent, dicebant, *Multa*. Nam multum non est nu-  
merus præfinitus. Hoc enim & ad fascinum depellen-  
dum faciebant. Notum enim, vt quæ nimium laudaban-  
tur, fascino obnoxia putabant. Virgilius:

Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem  
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Tertullianus de virginibus veladis: *Nam est aliiquid etiam  
apud Ethnicos metuendum, quod fascinum vocant, infeliciorem  
laudis, & glorie enormioris euentum.*

14 N V N C iam illa non volt] Scriptus liber mutilū parte  
vltima versum habet. *Nunc iam illa non volt, tu quoque im-  
potest* \*. Puto, *tu quoque impotens nescis*. Primus Hiero-  
nymus Auantius conatus emendare, *impotens noli*.

19 Q V M rogaberis nulli] & scriptura, & excusæ editio-



A A nes, NVLLA. θράξ κώς. Terentius: nullus dixeris.

20 SCELESTA TENE] Liber scriptus, Scelestā, rere que tibi manet vita. quod mutare nolim. Nunc, inquit, tecum reputa, quæ te manet vita.

24 AT TV, Catulle, destinatus] Turnebus voluit, At tu, Catullus, obstinatus obdura. Quæ lectio Nævio, aut Andronico, quam Catullo dignior est. Sed destinatus animus recte apud veteres dictum inuenies. & vetera colloquia puerilia Græcolatina: Vno animo destinati aut perire, aut punire Alexandrum ὁ μόνος οὐτε θυμέοι οὐ πολέμας, οὐ κατάστη αἰλέξαρδος.

29 FRATRES Q uyanimes] Quid de hoc loco certi pronunciem, non habeo. Noster liber habet, Fratresque uyanimes, suamque matrem. Ex quo Hieron. Auantius faciebat, senenque matrem. Fortasse nihil mutandum: vt intellegat eam sui iuris, vt qua non esset in manu viri, puta illo de viuis sublato. Nam ita esse videtur, quum Catullus patris non meminerit. suam, ergo id est liberam. Sic Tibullus: Illa aliud tacita iam sua mente rogat.

B Pag. 6, 13 ET quoniā mihi] Magis placet scriptura, & antiquæ editiones. Et quantum mihi profuisset ēre. Nam vulgata lectio commentitia est.

14 RESPONDIT id quod erat] Legendum potius:

Respondi id quod erat: mihi nec ipse

Nec prætoribus esse, nec cohorti

Quar quisquam caput unelius referret.

Causæ non esse, cur aut mihi, aut cohorti melius sit.

15 NEC PRÆTORIBUS] Cohors sunt comites & socij negotiorū gerendorum, qui dabantur magistratui a Rep. Alij erant ex domestico coniunctu Proconsulis: qui quasi prætoriani dicebantur, vt scribit Cicero in illa nobilissima Epistola ad Q. Fratrem. Eos facete prætores vocat Catullus, quod congerrones & cōiuctores Prætoris essent. Sic enim solebant veteres ea figura in hac re loqui. Iuuenal. 11.

Virro sibi & reliquis Virronibus illa inbebit  
Poma dari --- At quidam nou benc hic Questio-  
ribus pro Prætoribus substituebant.

16 C V R quisquam caput vncius] Sine metaphora dixit  
Plautus Pseudolo: En excetra tu, que tibi amicos tot habes  
tam probe oleo onustos:

Num quoipiam est hodie tua tuorum opera conseruorum  
Nitidiusculum caput?--

18 N E C faceret pili cohortem] Scriptus liber, N O N F A C E-  
R E N T . quæ recta est lectio. Præsertim, inquit, prouinciales  
quibus esset Prætor homo nihili, ipsi nos pili non  
facerent. Nam de lucello intelligit, quod prouinciales  
dabant prætorianis, ut alibi dicturi sumus. Fœdum ver-  
bum, quo prætorem hic appellat, non prima sua notio-  
ne accipiendum est. Sed ita vocabant homines infestos,  
ut contra Spurci eadem tralatione dicebantur homines  
nulli rei. Quod dixi, ne quis aliquid fœdi sub ea appella-  
tione enunciari puter. Glossæ: Spurcus à χειρος. & apud  
Lucillium, Spurco ore, non est id, quod explicare non finit  
me pudor meus, sed tralatitie dictum. Lucilius:

Prætor noster adhuc quam spurco est ore, quod omnes  
Extra castra, ut stercus, foras eiecit ad vnum.

Hic locus illustratione indigebat.

19 A T certe tamen inquiunt] Scribe, inquit, nō inquiunt.  
eo. Q u o d illic natum dicitur esse] Diligenter hæc consi-  
deranda sunt. Nam diuersum est, æs natū in prouincia,  
ab eo, quod dixit, quantum prouincia profuisset ære.  
comites proconsulim duplicita commoda in prouincia  
percipiebant: alterū ex negotiatione sua, quod hic more  
Græcorum argentum natum dicitur. Nam id illis est,  
παγηδυον αγγελον. alterum ex prouincia illis obuenie-  
bat opera magistratus ipsius, quod lucellum vocabatur,  
ut alibi docebimus ex Cicerone. Quod ergo dicitur, &  
quantu mibi profuisset ære, hoc est, ecquid lucelli mihi ob-  
uenisset ex Bithynia. hoc vero, quod natū dicitur, hoc est,  
quod quæsuisti negotiatione tua. Notum ex Sallustio  
in Iugurtha, quæ sunt negotiations togatorum, triple  
vocat.

22 V N V M me facerem beatiorum] Ita Auantius olim mu-  
tauit, præue, quum & sententia beatiorum postulet, & vetus  
scriptura non aliter habeat. Ut ego, inquit, me reliquis  
prætorianis vnum beatorem facerem, id confessus sum:

me scilicet comparasse lectarios, quum illi socij mei proflus egeni essent.

<sup>26</sup> AT m<sup>i</sup> nullus erat ] At ego, inquit, quanquam iactasssem  
me puellæ, tamē illud falso dixerā, me illos homines com-  
parasse. homines ad lecticam eodē modo dictum, quo Pro-  
pertio, Pastor ad baculum, homo ad lites, puer ad cyathos.

<sup>29</sup> vt decuit cīediōrem ] Eodem modo formauit, quo  
Græci κωντέρον ἀλλὰ μὲν κυά. quod Atticorum pro-  
prium est.

<sup>31</sup> ISTO S commoda ] Falsus modulus syllabæ. Legen-  
dum censeo:

Queso, inquit, mihi, mi Catulle, paulum

Istos. commodo nam volo ad Serapin

Deferri -- Commodo, hoc est in tempore. Plautus Fri-  
uolaria: Commodo dicitemus. Titinius Iurisperita: Nunc  
deo visam. rem magnam aiebat se mecum loqui. Et commodo  
ecum exit. Sisenus Milesiarum decimotertio. Eamus ad  
ijsim. arque ipse commodo de parte superiore descendebat. Ele-  
ganter ergo, reticuit verbum, mutua mihi, paulum istos  
mutua mihi.

cod. AD serapin] Quare petit lectica deferri ad Serapin?  
an non pedes ire poterat? Sciendum illis temporibus non  
licuisse Serapea intra urbem habere, sed extra pomerium.  
Dio libro quadragesimo: Σοκεῖ δέ μοι τε καὶ ἐκεῖνο τὸ τῆς  
φύστερός εἴτε ἐπί Κέδων ἀντὶ ψηφισμένης σε σὺ δέος οὐ ποτε  
μέλει. τοῦτο γάρ τοις αὐτοῖς, οἷς οὐδὲ τινὲς ἐπεπινόντο, καὶ δε-  
λλα τὴν βουλὴν ἔδοξεν. & γάρ δι τοῦτος πούτοις θητὸι πολὺ εὐ-  
μοι, καὶ ὅπῃ τετένοτεν, ὡς γε οὐκοτίχη αὐτοὺς σέειται,  
ζῶντες παντελῶν σφᾶς ιδρυσαντο.

<sup>32</sup> M A N E me inquo puella] Antiqua lectio, inquit puelle.  
Legi, inquit. Abiunt autem C M E. -- mane, inquit puelle.

<sup>fig. 7, 2</sup> FUGIT meratio] Hoc est, ut Græci dicunt, ἀλογιστό.  
Secundo Rhetorico ad Herennium: Nam qui se propter vi-  
num, aut amorem, aut iracundiam fugisse rationem dicit, si animi  
ritio videbitur nefuisse, non imprudentia. Gallice, se mesconteri.

<sup>33</sup> CINNA est Caius] Nam Cinna se in Bithynia fuisse  
testatur ipse his versiculis, quibus Aratea Phænomena  
amicu mittit.

Hac tibi Arateis multum vigilata lucernis  
Carmina, quis ignis nonimus aerios:  
Leuis in aridulo maluae descripta libello  
Prusiaca rex i munera nauicula.

Pag. 8, 1 MARRUCINE afini] Hieronymus Auantius, qui non veritus est integratos locos huius cultissimi poetæ contaminare, pro Marrucine, legebat, Inter cenanam. a quo postea illa mendi indeos in omnibus libris propagata est. At Marrucine rectum erat, non quod ex Marrucinis populis Campania ortus fuerit: sed quia conuicium stupidis eti nomine siebat. Tertullianus quinto in Marcionem: Sicubi alibi dixit, et non hic, Marrucine hoc est ad agerum, et aquam, Næ Auantius Marrucinus fuit, qui hoc mutauit.

2 IN ioco atque vino] Et apud Plautum in vino, ut hic dicitur imitatione Graecorum. Aristophanes λυσιστρητις δὲ οὐνοματετάχθωτο.

3 MVTARI velit] Hoc est, qui te furti purum esse magno mercetur, qui te furem non esse talento contra carum non habeat. Sallustius oratione L. Philippi: At tum erat Lepidus Latro cum calonibus, et pauci sicariis, quorum diuina mercede vitam non mutauerit. Euripides Medea:

— τίδε δέ εἰδεις ψυχὴν φυγαῖς

Ψυχὴν αὐτὸν πλαξάμενη οὐ χρησοῦ μένου.

Exilium liberorum anima ipsa nedum auro mutari velim.

26 PLENVS sacculus] Martialis - non sentit sacculus iste mens. Glossæ: Sacculus βαλανίος, βαλανίδιος.

Pag. 9, 15 SATVRNALIBVS optimo dierum] Optimum diecum Saturnalia dixit ἡρός σωκράτεις, quia pueri plaudentes dicebat. Hodie bona Saturnalia. Epictetus apud Arrianum: Τοῖς γὰρ παιδίοις ὅταν προστελθόνται κροτή, καὶ λέγη, σημερον σπουργάλια ἀράθα, λέγειδο, οὐτέ εἶναι αἱ, αἳδα ταῦτα; οὐδὲ μῆραι, θηλαὶ καὶ αἱ τοὶ θηληρούντες. Marcellus allusit:

Iste tibi faciet bona Saturnalia porcus.

Idem volebant, quum clamabant, Io Saturnalia. Idem Martialis:

Clamat ecce mei, io Saturnalia, versus.

Dio libro quinquagesimo octavo: Τοῖς γὰρ πολλῷ πον μᾶλλον

ιπ' αὐτῷ ἀλθεούσητες οὔτε οὐ σκένα εἰπεῖν ἐπέρειται συμ-  
βούντης Ἰεράφυνς τὸ δῆ τε πεντακόδιτον, ιώ οὐ πυριάλια.  
&c.

12 Vnde malum pedem attulisti ] Latinitatis ratio po-  
stulari, tulisti.

Argo, 24 v o s qui millia multa basiorum legistis ] vetus scri-  
ptura: vos quot millia. priscus mos scribendi, quod pro quod,  
sit pro sed, & similia. Lege igitur & distingue ita:

Vos, quod millia multa basiorum

Legistis, male me marem putastis,

Si qui forte mearum ineptiarum

Leclores eritis -- Supplendum autem Qui. vos, qui,  
quod millia multa basiorum legistis, male marem me pu-  
tatis. Sic alibi:

Quod se non aliud potest, ruborem

Ferro canis exprimamus ore,

Conclamare iterum altiore voce.

Hoc est, quod si nil aliud potest, ut exprimamus ruborem.

Deest enim Ὅ v t.

31 O COLONTA quem cupis ] Totum huius lepidissimi  
poematiū principium deprauatū doctos viros in magnum  
erorem impulit, ita ut aduersus Catulli sententiam hunc  
locum interpretati sint. Ita enim legendum docet nos ve-  
tus scriptura:

O colonia, que cupis ponte ludere longo,

Et salire paratum habes: sed reveris inepita

Crura ponticuli adfilitantis, irredinuitus

Ne supinus eat, canaque in palude recumbat:

Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat.

O colonia, inquit, quæ lubenter in tuo ponte ludere vel-  
les, nisi metueres tremuli pōtis adfultus periculoſos, dum  
pedibus illum perfultas: ne scilicet ex cibra pedum con-  
cussionē totus procumbat, ut rediuimus restitui non pos-  
sit, &c. Nunc rationem reddam.

cod. PONTE ludere ] Quia prisca scriptura videtur  
fuisse in Gallicano exemplari loedere pro ludere, ut poenire  
pro punire, loeber pro liber: propterea loedere scripsierunt.

32 ET salire paratum habes ] Liquida scriptura, & vete-

res editiones idem retinent. Est Hellenismus, *salite param  
tum habes: ὅρχεῖσθαι ἐτοίμως εἰχε*. At qui de municipi Catulli intelligunt, quem ille volebat de ponte dare pronum, næ illi tota via errarunt. Bis enim Catullus idem dixit, quod absurdum est.

Pag. II, i s v b h i s totus inrediuinus] Hic vero audacia correctorum perugata est. Nam antiquitus scriptum fuit *Cryraponticuli ac fulcis tantis inrediuinus*. Certe legendum, ad uitantem, in rediuinus Ne supinus eat. Pontem hunc sublicium arrectariis gracilioribus, quæ hic vocantur crura, male fultum, tremere ac veluti adsultare concussum pedum ait. adsultare, & per syncopen adsultare. Rediuuum adiunctum, est ex vetusto renouatum. Est enim verbum tectonicum. vnde Cicero in Verrem: *Vtrum exsistimat minima operis esse, ruram columnam efficere ab integra nouam nullo lapide rediuino*. Itaque veteres magistri Rediuinus vertunt παλιγκλίσει. Pontem in rediuuum ergo dicit, qui prolapsus denuo instaurari non posset. Vide ergo quantum differunt sententia, quam efficiebat vulgata lectio, ab ea, quam preferit nostra emendatio. præsertim cum illud in rediuinus viri docti ad municipem illum referrent. Nunc plana est sententia. Ego possem ex illa veteri scriptura assulas nescio quas & alia cominisciri, sed tanti non erat me inepire. De huius autem metri genere, ita Diomedes scribit: *Priapeum, inquit, quo Virgilii in prolusionibus suis usus fuit:*

Incidi in patulum specum procumbente Priapo.  
Ita enim sarcidius locus ille Diomedis ex optimo manu scripto. Ex quo loco Grammatici omnino conuincitur eiusdem generis metrum, quod in custodem horti scriptum est inter Catalecta Virgiliana, recte Virgilio attribui: quanquam docti Catullo adscripserint. Anacreon quoque eogenere lusit:

νέισησον μηδὶν ιτείου λεπίδος μικρὸν ψποκλαῖς,  
οἴνου δὲ ζέπιον κάδον. νῦν δὲρψας ἐρόεσσαν  
φίλων πικένδα τῇ φίλῃ, κομάζειν τῷδε δέρψ.

Coloniam vero hanc non dubito, quin nouum Comum paulo ante a Cæsare deductam: Lacum autem Larium, ad quam sita est, intelligat.

SALI-



4 SALIS VBSVLI] Omnes ludij & saltatores, qui ad cantum & tibiam in sacris ludunt, salij & salisubtuli dicuntur. Virgilius libro octauo:

Tum salii ad cantus incensa altaria circum

Populeis adfunt enimcli tempora ramis.

Ibi simpliciter salij sunt ludij ad sacra Herculis saltantes. Qui enim primi σωτατοι οργην doctore Aenea in Italia saltarunt, Salij dicti sunt, auctore Polemone vetere scriptore rerum Italcarum. Quare frustra hic argutatur Macrobius, dum quaerit, quare Salios Herculi attribuit Virgilius potius quam Marti. Quare recte ουραδος Salius veritatis vetere Glossario. unde Virgilius dixit Salios ad canum, ut Propertius, Pastor ad baculum. *κατ' ἔξοχον* autem ludij Martis dicuntur Salij.

17 SEPARATA securi] Iam doctis notius est, quam ut admonendi sint, hic ex Feste legendum, *Subternata*. In fossa Liguri iacet *subternata securi*. Cuius lectionis vestigia retinet codex noster, in quo legitur, *superata*, *subternare* idem sive ac *Suffraginare*, quod Graeci magistri vertunt αἰνουστήν. notum anatomice peritis quid sit αἰνουστήν. Septuaginta interpres hoc vocant εὐνέελεων Gallice, *esurreter*. Marullus ingenio, quam doctrina parrior, stolidè conatum Politiani ridet. Ego cum Graeculum tanti non facio, ut eius rationem habendam esse putem.

18 TALIS iste meus stupor] In prolationibus Virgilianiss

Tuque nunc puella talis, hēn tuo

Stupore preffa -

Stupore vocat virū puellæ, quomodo hic Catullus accipit,

19 FERREAM vt soleam] Soleæ equis inducebantur, non, ut nunc clavis suppingebantur. propterea Graeci il-lud, ut in homine, est ωταδεδεων. Artemidorus, ἐδεξεπιωδηντα ππου ωταδεδεων. Et Arrianus soleas equinas ωταδηματα eodem modo appellat. χαλινδεια το οραιον, ταγματα, ωταδηματα, κρισαι, χόρτος. Xiphilinus in Nerone απαρτια vocat. ται ημονοις απαρτια δημιγυρα ωταδηδεων.

20 NEC clam, nam simul & iocaris rna] Hiulca sunt haec,  
b.j.

nec bene coharent, si sequentia spectes. Sed quomodo legendum sit, docet nos scriptus codex.

Nec clam. Nam simus exiocaris r̄na,

H̄erens ad latus omnia experibis.

Sic habet noster codex ne via quidē litera minus. Exiocari est, & p̄ o y u n n o t e d r u s , & p̄ e y a d r u s . Postquā ludo lassus modū ficeris, alia experiere. Antiquitus autem dictum experio, non experior, ut alia multa. Hic locus a nobis prateriti non debuit.

Pag. 12, 4 N E m e u s p u e r ] Quis non videt h̄ac omnia commentitia esse? Atqui satius fuit veterem lectionem secundam in suis sedibus relinquere, quam suam ineptam supponere. Legi igitur in nostro libro, Me me puer. Deest δημοφέρων Ah. Ab me me puer. vel, Ve me me. vt in Elegiis, Que, re te, misero letum miserabile fratri. Adulit -- Apud Senecam Apocolocynthosi, Ve me. Græcū est. οἱ μοι μοι· & οἱ μοι μοι. Infra. Ab me an illa puella d. Tota millia me decem popofat?

18 T A N T Y M abhorret ac nutat] Flagitium Hieronymi Auantij, qui ex M V T A T fecit N V T A T . In quo profecto ipse multum nutauit.

19 S C U R R A ] Quem modo urbanum vocavit. Notum enim ex Plauto scurras & urbanos eisdem esse. Quare & dicteriis sibi vicuum auecupabantur. Quia autem scenatici homines, quos Βιολόγοι vocant Græci, dicteria funditabant ad risum spectatoribus tollendum, propterea satum, ut Mimi Scurræ, & urbani vocarentur. Iuuenalis:

-- mimum agit ille Urbani qualem facundus scurra Catulli. Et minium scurrum vocat, & urbanum mimographum ipsum Catullum, quem aliter urbiculum Martialis poeta, urbarium Fulgentius. Hinc quum idem Iuuenalis dixit Trascuria patritiorum, palam est eum intelligere ad orchestra patritios transfigit. Male enim hodie legunt Trascuria, cui in ep̄iu quoque interpretationem apponunt.

20 A V T si quid hac re tritius] Suspicor Catullum scriptisse: Aut si quid hoc retritius videbatur. Retritem πατριτεῖς. Metaphora a veteribus & obsoletis vestimentis. Itaque & huiusmodi homines Græci τελεωρας vocant, quali retrita pallia.

30 FVRI, quo neque seruus est, neque arca.] Ituuenialis - quantum ferrata distet ab arca Sacculus - Idem. - posita sed luditur arca. Cicero Pæto: Nos iam ex arcis tantum habemus, ut Verrium tuum, & Camillum, qua munditia homines? vero careficius audeamus.

Pag. 13, 29 MALLEM delitias mihi dedisses. ] Longe aliter concepta est vetus scriptura, atque, meo iudicio, melius & concinnius:

Mallem diuitias mihi dedisses

Isti, quo neque seruus est, neque arca,  
Quam sic te sineres ab illo amari.

¶ Mibi autem Attice παρέλυεται. Sic apud Euripidem Andromacha: οὐ οὐι θεῶν κατάξομεν; Quod eodem prope modo dictum est, atque hic, diuitias potius conuenire Furio quam delitias cur dicat, non est pluribus disputandum, si constat ipsum egentissimum fuisse, cui neque seruus fuerit, neque arca.

¶ C VI non est] Inepta lectio, vetus, Qui non est. Legere ergo. Qui? non est homo bellus, inquies? est. Sed bello huic neque seruus est, neque arca. Quis dubitat haec meliora esse, quam illa vulgata?

Pag. 146 VEL inula mollicella] Motosa lectio, quæ in manu scriptis legitur, haec portenta verborum nobis peperit. Qui haec mutarunt, quare saltē vitium in syllaba commissum non animaduerterunt: alij pudentius: - vel inula tenella. Sed filiceret nobis hoc modo omnia interponere, nihil nobis difficile, aut arduum esset. Præsca lectio haec fuit: vel inula moricilla. Utinam in aliis tam facile verum erui posset, ut in hoc loco speramus nos eruisse. Legimus enim - vel inula oricilla. Proverbium Latinorum fuit: Auricula infima mollior. Alterum ἄκρος στύλος est Auricilla, quod veteres Oricilla dicebant. unde Celso Oricularius clyster, hoc est ὀπτή ώρης. Imulum pro imo dixit, ut Plautus primulū. Que omnia sunt venustatis Catullianæ. Porro de huius metri genere non disputabo, quum id abunde doceant veteres. Hoc unum admonebo extare huius generis στύλον παρημοιόν apud antiquum Grammaticum Marium Plotium Sacerdotem, quem nos cum aliis

b. ij.

Grammaticis edituri sumus. Est autem eiusmodi δικαιος θηλ  
ο φθόνος τεργδοφθονουστα δέκει. Qui versus iambis puris  
conceptus est, prater quintum pedem, qualis illus:

*Quid inmerentibus noxes? quid inuides pueris?*

9 Q u y m d i u a m u l i e r a u e s ] Hæc est manu scriptorum  
lectio, sed virtuosa, ut appareret ex modulis syllabarum. Nam  
quod alij substituerunt, Q U V M D I V A M A T E R A L I-  
T E S, audacter fecerunt. Quare eorum licetiam nihil mo-  
ror. Sed non minore impudentia OSCITANTES in  
O C C I N E N T E S mutarunt. Alij O C C I N E N T E S  
in O S C I N E N T E S. Quia meminerant in augurali di-  
sciplina esse aues, quæ, quia ore auspicium facerent, ab eo  
oscines dictæ essent. Sed non aduerterunt idem esse occi-  
nere, & obscinere. ut ostendere, & obstendere. Nam alte-  
rum visticius, alterum αρχαικός επον. Ego quid de hac lec-  
tione statuā, nihil habeo. Equidem facile persuadeo mihi  
ex veteri scriptura virtū natum esse, idq; fuisse in exēpli  
Gallicano. Nā Diua veteres Deiuas scribebat. Itaq; libanius  
Gallicani exemplaris, quum legeret, Quum de via mulier  
putavit αἰχμῆς scriendum, Quum deiuas. At mulier de  
via, est η πλευτα, quauis saga. Sic Tibullus puerū et triuīs  
dixit ῥ πλευτα. Eiusmodi enim mulieres, aut pueros de  
sortibus, aut prælagiis consulebant, quæ sibi note non es-  
sent. Marinæ tempestatis præfusione fugere aues mari-  
nas id notum ex prognosticis Arati, & Virgilii. Recte au-  
tem oscitantes. Nam agitatione fluctus id vult illis accidi-  
se. vnde marina avis Larus semper id facere dicitur. Pro-  
uerbium enim est, λάρος χεισης. Sed non dubito quin aues  
oscitantes αὐτονομιστας Gauiae seu Lari ipsi dicantur, qui  
semper in fluctu degunt, marinam spumam pascentes: sed  
tempestate in littus eiiciuntur. Itaque mulier saga, quam  
hic vocat mulierē de via, ut Tragicus dixit, de Circo am-  
spices, ex eo, coniject templatam esse, aut aliud nescio  
quid. Sane verum est, nisi fallor, quod diximus, antonoma-  
rias esse, aues oscitantes, hoc est, laros. Nam quum id  
genus semper in fluctibus versetur, ut spumam depascatur,  
tempestate eiecti in siccum pene fame tabescunt. vnde fa-  
cile est colligere illis in sicco visis tempestatem in mari

esse. Hæc est, nisi fallor, vera mens Catulli, quam alij suis iueptis emendationibus totam peruerterant.

**II CATAGRAPHOS Q. thynos]** Aiunt esse scriptorū librorum lectionem. Sed nos in nostro reperimus: *Cyrographosque thynos*. Quæ lectio multum a vulgata discrepat. Ego scio quid de Catagraphis dicatur. neque aliud scilicet ab illis adferrur, quod a nobis olim adolescentibus animaduersum non fuerit. puto autem *Tyrophraphos* legendum esse. Nam in his exemplaribus Catullianis semper inter se conimutaciones faciunt T, & C, vt mox in aliis patet. Tyrophraphi linteū sunt sindones Tyriæ, quæ prætextæ erant ora purpurea acu piæta. *Martialis: Nec sic in Tyria sindone tutus eris.*

Catullus in nuptiis Pelei.

*His corpus tremulum complectens vndeque vestis*

*Candida purpurea Tyrios excinxerat ora.*

Intelligit enim sindonem Tyriam. vt enim omnia acu piæta perifromata, Babylonica vocabant, tametsi in Babylonie facta non essent: ita & Tyrias sindones etiam si in Bithynia textæ essent.

**14 M A N V S Q. mollicellæ]** Scio & ferulæ & scuticæ manum solere pueros in scholis porrigerere. Sed profecto hoc non vult Catullus. neque hæc est proba lectio: quin ita scribendum fuerit: *natisque mollicellæ*. Hæc enim recte conueniunt cum latuſculo laneo, vt ipse loquitur. *Quia nudi non manus, sed ilia & nates cædi solent.*

**15 I N V S T A turpiter]** Inurere notam recte latinitas patitur. concedam etiam inurere plagam, & vrere flagris. at inurere flagra ne infima quidem vetustatis scriptores unquam dixerūt. Sed hæc est audacia Hieronymi Auati, qui ita legit ex prisca lectione, *Insula*. Ego puto inuersum pro, *Insula*. Catullus minitatus erat flagra puero, quæ ille irridebat. propterea vocat flagra illufa, hoc est derisa ab illo. *cod. CONSCRIBILLENT]* Varro colüna Herculis, *ωλδονγ*. Itaque eas in ceram conscribillavit Herculis athletæ. Idem Marcipore: *Astrologi non sunt qui conscribillarunt pingentes celum*. Sed laborat syllaba antepenultima, quod sit longa. Itaque vidi, qui legerent concribillent, a cribello, quod valde placet.

**22 V E R V M ad millia quindecim & ducenta.** *I* vetus scri-  
b. iii.

ptura. & ducentos. recte. Alioqui immanis nimis fuisset a summa illa. neque puto tam copiosum Catullum fuisse. vi ducentis quindecim millibus fundum oppignerasset. Et hunc locum diligenter a studiosis antiquitatis Romanæ obseruari velim.

26 INGER mi calices amariores] Manifesto amariores pro meratiores intelligit. alludens ad Homericum. *Copartem de kepsape* -- Quod diuersæ a veteribus exponi solitum cognoscet ex Plutarcho. Martialis autem aliter etiam exponit:

Hic scyphus est, in quo misceri iussit amicis  
Largius Aecides, & bibit ipse merum.

Hic largius est *Coporeov*.

27. vt lex postumiæ Lex postumiæ magistræ, est lex magistra postumiæ. vide quæ in cōiectâneis olim notauimus.

28 EBRIOSA ] Mirum, quum Gellius monuerit, ebriosæ acina legendum esse, neminem eorum, qui hunc poemam enarrarint, id animaduertisse: sed omnes legere, Ebriosæ acino ebriosioria. Quod quid sit, nescio.

Pag. 15, 7 vt mibi, qui meum secutus Prætorem refero datum lucello ] Multa sunt in Catullo parum haec tenus a magistris animaduersa. in nullo tamen magis cœcutiuerunt, quam isto. Sed error hinc fluxit, quod ab hoc versiculo ea, quæ sequuntur, distracterunt. Continuanda enim erant ita:

- ut mibi, qui meum secutus  
Prætorem, refero datum lucello:  
O Memmi, bene me &c.

Non potest dici, quanta urbanitate Prætoris sui Memmij avaritiam perstringit. Vos, inquit, a Pisone proprætore vestro ita accepti estis, quomodo ego a Memmio proprætore meo. Nam, quum deberem in tabulis scribere: acceptū refero lucello l-l x x x : vicem eius scribo: o Memmi bene mihi illusisti, qui in contubernio tuo pollicebat mihi montes auri. Sed quantum ego video, non minus vobis illusit prætor vester Piso, quam Memmius mihi. Hæc nūc sunt luce clariora. vt valde decepti sint, qui putarint Catullum a Memmio turpitudinem passum esse, quam pudor meus dicere vetat. Verbum enim flagitiolum, quo utitur Catullus, non in eam significationem accipendum

est: sed in eam, in quam superius accepimus, quum eūdem  
Pratorem ita appellauit in epigrammate, *Varrus me mens  
ad suos amores.* Verbum enim illud eo tempore aīn r̄  
q̄v p̄c accipiebatur.

<sup>8 D A T V M lucello] T</sup>irius dat, Maeuius accipit. Maeuius  
acceptum refert Titio: Titius datum & expensum refert  
Maevio. Hoē & ipsi pueri sciunt. Sed quia sunt ἡλεῖς οὐ,  
conuertuntur, si personam commutes. Nam Maeuius po-  
test scribere: Refero datum mihi. idem enim ac si dicar,  
acceptum refero Quæstori. Itaque Catullus refert sibi  
datum lucello. hoc est refert acceptum Memmio. Quid?  
illud, quod sequitur: o Memmi. Hæc sunt verba, quæ Ca-  
tullus in rationibus accepti vult referre. Sed prius scien-  
dam, id quod supra attigimus, comites, & adiutores ne-  
gotiorum publicorum, qui dabantur magistratibus a Re-  
publica, vel cæteros ex domesticis conuictionibus, quos  
Cicero testatur quasi ex cohorte prætoris appellari soli-  
tos, pro opera egregie in magistratum nauata duplex  
emolumenatum a prætore cōsequi solitos: alterum in pro-  
vincia, quod lucellum vocabatur: alterum in vrbe post re-  
ditum e prouincia: quum eorum nomina a magistratu in  
ærarium referebantur, & in beneficiariis proconsulis, sive  
prætoris vocabantur. Nam magistratum, qui iuslū po-  
puli prouinciam regeret, proconsulem, aut præpretorem  
vocare susque deque habeo. Cicero ad Rufum quæsto-  
rem suum libro quinto epistolarum: *Sed ego putavi esse viri  
boni, quum populus suum seruaret, consilere fortunis tot vel ami-  
corum, vel ciuium.* Nam de lucello est ita actum ut auctore Cn.  
Pompeio ista pecunia in fano poneretur. id ego agnoni meo iussio  
esse factum, qua pecunia Pompeius est r̄sis, ut tua, quam tu de-  
posueras, Sextius. Vides ex his verbis Ciceronis priuaram  
pecuniam amicorum, & ciuium vocari lucellum. Quod  
nomen *ιαννοειστηκάς* attribuebatur cōmodis prætoria-  
norum. sed quod dabatur ipsi prætori dicebatur honora-  
rium. Sed qui, quid sit lucellum, scire cupit, legat episto-  
lam illam Ciceronis, in qua tamen non inueniet eam le-  
ctionem, quam adduximus: sed ineptissimam, nempe  
Luceio pro lucello. qui error & infra in eadem epistola  
quoniam aliis literis dissimulatus est, illis verbis: *Sed s̄*  
*b. iiiij.*

*quid est, quum de legeo parum gratum vixum est, quod ego in rationibus referendis etiam nunc corrigerem possem.* Ibi enim de lucello legendum est ex superioribus verbis. Ita & epistolam Ciceronis emendamus, & locum Catulli, ex quo illam emendauiimus, illustramus.

II P A R I fuisse casu] Ex veteri libro legendum plurilater Fuisse. item, Fari estis. Sed, inquit, quantum video, non minore fortuna accepti estis a praetore vestro, quam ego a meo.

13 PETE nobiles amicos] Insultatio. vt illa:  
I nunc, & ventis animam committe, dolato  
Confusus ligno ---

Facilis sententia, & plana.

14 A T vobis mala multa.] Postquam illis, qui se ad magnas amicitias applicant, fatis illusit, postea ad illos ipsos, qui amicis ipsis abutuntur, sermonem dirigit. At vobis, inquit, o Romuli, Remique, opprobria, dij deæque mala multa dent. Romuli Remique, nominandi casu, nam proceres Romanos, & qui in Repub. aliquid poterant, ita vocabant. Infra, Cine de Romule hoc videbis, & feres. & in Declamatione Oro te, Romule Arpinas. Opprobria eodem casu. Græce λαλεῖ, vt in prouerbio, ἵππων πάντες λαλεῖ, & ἐλέγχει. vt καὶ ἐλέγχει Homero. Quam male non solum finis Epigrammatis, sed etiam totum poema vulgo accipiatur, nescio an aliis exploratum sit, mihi sane ita liquido constat, vt non parum hac in parte ab interpretibus erratum esse videatur.

19 Q Y O D cornata Gallia habebat cuncta, & ultima] Postrema non Catulliana sunt, sed ex officina Hieronymi Auantij prodierunt, quem & veteres editiones, & scriptæ membranæ præferrent: Habebat cuncta, & ultima Britannia. Parua admodum licentia legēdum: Habebat vñcta' & ultima Britannia. Nam in Gallicano exemplari, vt iam monui, quod Langobardicis literis scriptum fuisse putamus, V & A vicissim se commutant: quod nulla sit inter illas litteras differentia in charactere Langobardico. Sic in Co-  
ma Berenices. - quem maximus' in oris, pro maximum in oris. Sic hic vñcta, pro vñctum, sequente vocali. Cuiusmodi quædam in Varrone notauiimus, vt datu' iri, & similia.



Hic autem virulentus iambus non in Cæsarem, quod video omnes fere sibi persuasissæ, sed in Mamurra scriptum est. sed expostulat cum Cæsare Catullus de copia & superfluenta Mamurra.

cod. Q Y O D comata Gallia ] Plinius libro tricesimo sexto, capite sexto : *Hic nanque est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proficiens, quem, ut res, domus ipsius clarissimus, quam Catullus dixit habere, quicquid habuisset comata Gallia. nanque adiecit idem Nepos eum primum totis edibus nullam nisi e marmore columnam habuisse.* In toto Plinio non est locus isto corruptior. quem valde gaudeo mihi sese tam opportune obtulisse. Mirum vero Catullum, qui toties in Mamurram versuum suorum aciem distinxerit, de hac domo tacuisse. Atqui, si ita res se haberet, non tacuisset, nisi me fallit augurium meum. Deinde, quid sibi volunt illa, v T R E S. Sed nolo in nugis lectorem diutius tenere. Sane Plinius ita scriptis: *quem Metrodorus Scepsius clarissimus, quam Catullus dixit habere, quicquid habuisset comata Gallia.* Atqui, quum huc locum Plinij legerem, sine vila cunctatione suspicio de mendo animum percussit: atque e vestigio locum emendauimus. Sciebam enim Metrodorum Scepsium hominem malam lingua virulentis scriptis populi Romani procerum luxum exagitasse. Ouidius quarto de Ponto ad Tunicanum:

*Non loca, sed mores scriptis vexauit amaris*

*Scepsius Aufonios, aetaque Roma rea est.*

Quanquam in Ovidio male *Septius* vulgo legitur. Quare ille vir μυστηριαῖος dictus. Plinius libro tricesimo quarto, capite septimo : *Metrodorus Scepsius, cui cognomen a Romani nominis odio inditum est.* Floruit autem Cæsarianis temporibus, nam Bruto familiaris vixit. Ex cuius epistola ad Cæsarem Charisius produxit: *a Scepsio familiari mes.* Sed verba Plinij, quæ corremus, nondum ex toto menda vacat. Nā glossema est tò IDEM NEPOS. Nepotis enim nomen interiectum ideo, quia superius eius mentionem fecerat Plinius. Quare ita totum cum locum legito: *Hic est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proficiens, quem Metrodorus Scepsius clarissimus, quam Catullus, dixit habere quicquid habuisset comata Gallia. Nanque adiecit cum primum totis edi-*

bus nullam nisi e marmore columnam habuisse. Quare autem dictum sit eum habuisse, quicquid habebat Gallia, cognoscimus ex eodem Plinio, qui nos docet, Mamurram Formis natum, equitem Romanum, praefectum fabrorum C. Cæsaris in Gallia fuisse.

21 C I N A E D E Romule ] Hoc est, o Cæsar; ut supra non dudum monuimus. Hæc, inquit, o Cæsar patieris? Nam Romulus non pro quoquis Romano, ut vult Parthenius, sed pro eo, qui ita gratia populari valebat, ut regnū tanquam alter Romulus obtinere videretur. Sallustius in oratione Lepidi Consulis ad populum: *Quæ cunctæ sciemus iste Romulus, quasi externis rapta tenet.*

24 P E R A M B U L A B I T om̄iū cubilia ] verbum Perambulare ad eam rem aptissimum. ut supra - tremulique quassa lecli Argutatio, inambulatioque. Sic verbo βῆμα vtuntur Græci. vnde ἐμετοντοι, aut ἐμετονται dicuntur eiusmodi homines, cuiusmodi hic intelligitur Mamurra.

25 V T albulus columbulus, dioneus. ] Hæc sunt correctorum commenta: præsertim quum in scriptis libris exaratum sit: ut albulus columbus, aut idoneus. Ego, quem Valentia Cavarum huc locum scriptæ lectionis perpenderem, succurrit posse legi, *Aut albulus columbus, aut Adoneus.* quia Adoneus pro Adonis Plauto, & Ausonio antiquario dictum memineram. Itaque nondum me eius conjectura ponitet.

30 V T ista rostra ] Id est, ut iste lastaurus vester Mamurra. Falluntur enim, qui ad ipsum summum Cæarem referunt. Nam, ut dixi, in soluī Mamurram Epigramma scriptum est, quanquam cum Cæsare expostulat Catullus. *Quum libidinosum Mamurram vocat, quo nomine vocare solet Catullus, clarius est, quam ut a me dici debeat.*

32 Q U I D est? an hec sinistra liberalitas? ] Hæc omnia ita, ut leguntur hodie, peruerbit Hieronymus Auantius. Recta scriptura est:

*Quid? est alit, sinistra liberalitas?*  
Alit pro aliud scriptum, ut supra Quod, pro quod, ut a Quis, quid, sic ab Alis, aliud faciebant. *Quid? inquit, est aliud, quod illi expatrandum, & abliguriendum obiicias: quod*

parum expatauerit, qui paterna bona primum, deinde tantam bellorum pradam deuorauerit. Facere autem Cæsarem vocat sinistrâ liberalitatem. vt Bibaculus Orbilium Grammaticum vocavit literarum obliuionem. Quare hac haec tenus parum intellecta fuerant. Iam scimus libros scriptos, & antiquitus excusos ita habere. Sed noster non *dit*, sed *ait* habebat, mendose, vt puto. Nisi legendum esset: *Quid est, ai sinistra liberalitas.* vt Næuius, auctore Prisciano dixit, - *vel ai, vel nega.*

Pig. 16. I P A R V M expatavit ] Hunc locū habebat in animo auctor Glossarij, quum scribebat, *Patrat, μαστρα, κακεν-*  
*γιτως, ις επ' αιγγελον.* Nam non semper significat μαστρ-

*ανη.* Sed expatratre est scortando μαστρα imo αφειδεί-

*σι.* Sed omnium linguarum felicissime Germanica, Verhuren.

2 PATERNA *primum*] vel puer diuinauerit legendum esse, Paterna prima. Quia omnes sunt meri Iambi.

4 Q V A M scit annis aurifer Tagus.] Miror doctis viris de huius loci absurditate nihil in mentem venisse, aut saltem nihil admonuisse. Atqui ista lectio a scriptura & illa quoque mendosa discrepat. Ita enim scriptum est. *Ibera,* qua *se annis aurifer Tagus.* Sed quomodo legendum sit, mox sequenti versu aperiam.

5 H V N C *Gallie timent*] Quorsum hæc, obsecro? aut vnde tam interruptus sermo? aut quid habebant in mente correctores, qui ista monstra nobis pepererunt? Noster liber plane habet: *Hunc Gallie timet tellus, & Britannie,* prodigiosa prorsus lectio, & qua oscitabundum correctorem non postulet. Nam sane primum hoc satis acceptum esto, Catullum hic non nisi iambis puris vsum esse. Deinde antecedens versiculos sententiam cum hoc claudit. Quare ita Catullum scriptisq[ue]e quauis sponsione ausim contendere.

- *quas & annis aurifer Tagus*

*Inundat, extim' ecce Lusitanie.*

Prima fronte multum discedere correctio nostra a vestigijs scriptura videtur. Sed qui singulos apices literarum rimabitur, nihil illi absurdū videbitur, sed omnia liquido

vera esse affirmauit. Nam, *timet tellus*, referunt illa, extim<sup>A</sup>  
*ecce*, quia semper in hoc libro T & C inuicem commutantur. idque accidit nou raro. Iam in synalcephis vocalem  
 alteram extitam esse in hoc codem libro alibi sepe nota-  
 bimus. Postrema *ꝝ tellus*, cum reliquis faciunt *Lusitanie*.  
 Nam ex illa scripture, *Lusitanie*, fecerunt, *tellus* & *tanie*,  
 postea addiderunt syllabam primam *Britannie*. Nam *Lu-*  
*sittania* scripsit librarius, ut, supra *adſuletantis*, pro *adſu-*  
*tantis*, ex quo fecerant ac *falcabantis*, verbum *Inundat*, an-  
 recte a nobis repositum sit, viderint homines docti, certe  
 aptius inuenire non potui. extimas *Lusitanias* hoc est ex-  
 trema *Hispania* sitas, cur dicat, quia id apertum est, pluri-  
 bus non explicabo. Numero plurali elegantissima ampli-  
 ficatione extulit *Lusitanias*. vt supra eadem est *avz̄m̄*,  
 figura, quum dixit:

*Manult, quam Syrias, Britanniasque.*

Et Propertius eadem figura.

*Dic alias iterum namet Illyrias.*

Sed omnium pater poetarum Homerus ad amplificatio-<sup>B</sup>  
 nem dixit:

ἓν μὲν κρητίων οὐδέ τις δύχουει δύργανων.  
 Quo tempore hæc scriperit Catullus, apparet, nimurum  
 dum Cæsar in extima Hispaniarum ora reliquias Pompeiani  
 belli profligaret post Cn. Pompeium Cn. F. inter-  
 fectum. Propterea Catullus dixit, *Ecce*: vt ostenderet eo  
 tempore illa fieri, quum ista scriberet. Vtinam tam vere  
 verbum *Inundat* probare possemus, quam reliqua nobis  
 satis explorata sunt. Sed, vt dixi, verbum, quod vestigiis  
 corruptæ lectionis infisteret, aptius inuenire non potui.  
 Præterea verum est inundari a Tago, quia Tagus in *Lusi-*  
*tania* πλημμύρεις Occani sentit, & æstuaria efficit, quas  
 λιμνοθαλάσσας in Garumna vocat Strabo: vt reliqui om-  
 nes fluuij, qui per se in Oceanum exonerantur. Liquide  
 iam videmus, quid voluerit Catullus: quum tamen ex  
 vulgata lectione nihil non ineptum eruatur. Nam quor-  
 sum mentionem *Britannia*, & *Gallia* facit, quum id prin-  
 cipio epigrammatis faciat? Deinde timeri Mamurram a  
 Gallia, & *Britannia*, & si verum concederemus, tamen hoc

1 nihil ad rem. Neque enim id in Mamurra exagitare volebat Catullus, sed luxum, & nepotatum, qui tot bona abliguerit. Deinde rectus est ordo omnium bellorum, quæcunque profligauit Cæsar. primum Gallici, deinde Britannici, tertio Pontici, quarto Hispanici. Quæ omnia gradatim recenset, pro ut tempore gesta sunt.

6 QVID hunc malum fouetis? ] o Cæsar, quid hunc Mamurram fouetis? Nam sane hic perperam tu Hunc, Cæarem exponebant.

7 NISI vincula deuorare ] Propterea semper vocatur Decoctor. vt in illo, Decoctoris amica Formiani.

8 EONE nomine urbis opulentissime ] Si haec natio correctorū viueret, nihil est, quod e re illorū melius optem, quam bonam mentem. Nam sane hic eorum iudicium requireo, quid enim est illud, urbis opulentissime? Sane ad quid referam, nescio. Deinde quid opus est urbis opulentissimæ mentionem facere, si hic Roma intelligitur, quum hoc non Catullus voluerit? Postremo quomodo confabat Iamborum purorum modus, si hanc lectionem recipiamus? Quid ergo? Quid? nisi hunc versum intercalarem dimidium tantum a librario positum fuisse; quia satis notus esset, & a quo quis expleri posset, quum superius integer appositus sit:

Eone nomine, imperator ynce

Sacer generque perdidisti omnia?

Eone nomine, inquit, tu Cæsar, & tu Pompei, ita omnia perdidisti, vt iste illa deuoretur? Pompeius & Cæsar perdidierunt omnia: quia ipsi causa fuerunt bellorum ciuiuum. ex quibus præda opima obtigit Mamurra: quam ille in voraginem ventris sui omnem immersit. Propterea perdita bona vocat, quæ Mamurra abliguruit.

9 SO CER generque ] Facete in alium sensum decorsit Virgilius in Prolusionibus:

Socer beate nec tibi, nec alteri,

Generque Noctuine putidum caput:

Tuone nunc puella talus, heu tuo

Stupore pressa rus abibit? hei mihi

Vt ille versus usquequaque conuenit:

Gener, Socerque perdidisti omnia.

18 INIQUE me inducens in amorem] Putant rō inique & vocandi casu enunciatum. ego puto aduerbiū, & vltimam correptam more antiquo. Horatius - per aquas du-  
re volubiles. Virgilius. Flos adprime tenax. non ad prima, vt  
magistri edendum curarunt.

24 P E N I N S U L A R V M Sirmio ] Scaligerorum principū amēnissimus secessus Sirmio, a Theodoricō vñque Scaligerō Gotto, quem Diedrich von Berna vocat Germani, ad auum vñque meum Benedictum Scaligerum, qui profugit ad gentilem suum Matthiam regem Vngariæ cognomi-  
ne Coruinum. Ab eo Theodoricō, qui patrulis fuit Theodoricī magni Gothorum Regis, ad Guillelmum vñ-  
que historiam Scaligerorū quatuor libris complexus est Paulus Aemilius Veronensis. Is Guillelmus abatus fuit pa-  
tris mei Iulij. Oppida Benaci paruerunt etiamnum aucto-  
meo Benedicto. Parthenius in hunc locum ita scribit de Sirmione: Nunc quidem est angustum cum theatri lateritii re-  
liquia oppidum. Olim autem vrb̄s neque exigua, neque obscurā a  
Pannonicis sine Vngariis aliquando infraelevata, ut ego in quodam  
eleganti, atque antiquo Grammatici cuiusdam epigrammate com-  
perī. Bene sane Parthenius! Nam verum est Vngaros  
Attila ducē ea loca deuenisse, & quum iam se in agrum  
Veronensem effundere vellent, repulsi sunt a Theodoricō  
Scaligero Tiroliæ principe, quem, vt dixi, Germani The-  
odoricum Veronensem vocant. & illa nubes in Aquileiam  
incubuit, vt inde Veneti subito Barbarorum aduentu con-  
fernati coacti fuerint proximas insulas Adriatici maris  
petere. Hac fuerunt incunabula Venetiarum. vide rerum  
vicissitudinem. Si Theodoricus Scaliger non fuisset, num-  
quam fuissent Venetiae. Si Venetiae nūquam fuissent, nūc  
esset imperium Scaligerorum. Hac volebam nescius ne  
esses, candide Lector.

Pag. 17, 4 LYDI AE lacus vnde] Hic viri docti colonias ne-  
scio quas Tyrhenorum somniant. Laudo conatum: sed  
fane longe aliud voluit poeta. neque vlla hic historia est.  
Nam si ita esset, legendum erat, Lydi lacus vnde. At falsa  
omnia sunt ista. Itaque aliud quārendum. Legendum  
enim Saluete vosque Indiæ lacus vnde. Ludius proprie est  
op̄ȳstic. Ouidius:

Ludius equatam ter pede pulsat humum.

Statius:

Hoc plaudunt gregie ludie tumentes.

At vbique semper hoc nomen per ypsilon scribitur, male. adeo, ut Turnebus grauiter peccauerit, qui vult apud Statuum Lydias tumentes dici, quia Lyde apud Iuuenalem dicitur turgida. En cor Zenodori, en iecur Crateris, quasi Lyde idem sit cum Ludia, alterum Latinum purum pum est, alterum Gracum λυδή, proprium. At ludius, vt iam dixi, saltatorem significat, vnde eo nomine Luperci dicti, quod per totam urbem discurrenter saltitando, auctor Tertullianus. Hinc Plautus: Pessuli heus pessuli, pos saluto lubens. Fite causa mea ludii barbari, Sufilete, obsecro, et mittite istam foras. Varro rerum rusticarum tertio: Quum insulas ludianorum Choreusas vidisses. Lege, Quum insulas ludiano rito Choreusas vidisses. hoc est, ὅπερ τὸν δίκτυον χρέους. Hic igitur ludus vnde dictus, quae perpetuo motu agitantur. Nemo paulo doctior negauerit hunc sensum. Caulli frustis. Itaque totam Lydiam cum Turribus misericordiam faciamus.

7 I A M A B O mea dulcis Hypsistilla.] Hypsistheia, Gracum οὐρανὸν εὔστον Latinum Hypsistilla. Non est ergo Turnebi sententia hic locum habeat, qui hospitilla legit. 10 ILLUD adiuuato ] Ita etiam Ciceronem in epistolis ad Atticum locutum memini. Petronius: Quod si non adiuuissest de hac medicina, quam peto, iam parata erat in crassum turba. At Turnebus hoc mutare voluit, & legendum censet, adiuueto male. Ultimum autem vermiculum pene ad verbum exprimit ille in Cyclope Euripidis:

ἴππητος γάρ οὐδεὶς αὐθορία πέποντος.

21 N A M dextræ pater inquinatore] Qui in hoc verso voraciore reponunt, & in altero in quinatore, tantum eos rogabo, ut respiciant, & pariantur receptam lectionem antiquum ius suum obtinere, & quod in altero verso voraciore eos offendat, discant prius, quam alios docere instituant. Discat, inquam, quare βαλεως por vocavit Diogenes adolescentem in ludicra. Nam quis dextram voraceum diceret?

30 DIANAM pueri integri] Quum decesset hic versus  
in manuscriptis, & exhortare hunc supplerunt docti viti.  
neque puto aliter Catullum scripsisse.

Pag. 18, 17 R O M V L I Q V E antiquam, ut solita es] vetus scri-  
ptura: Romulique Antiquae, lege, Romulique, Ancique, Romu-  
lus & Ancus reges Roma. Quoties hic acciderit, ut C. & T  
se committauerint, longum esset in unum ostendere. gens  
Romuli, & Anci, est Populus Romanus.

Pag. 19, 8 A N N A L E S Volusij cacata charta] Ita dicebatur de  
omnibus ridiculis scriptis. Seneca: Annales Tanusij sū  
quam non dedecores sint, & quid vocentur. In iuvit Seneca An-  
nales Tanusij eadē appellatione exagitatos, qua Annales  
Volusianos. Martialis: Scribat carmina, que legant carentes.  
Annales Volusij poema fuisse non proflam orationem ex  
hoc ipso Epigrammate colligimus.

17 I O C O S E & lepide rōvere diuis] copula et addita a  
correctoribus. nam libri scripti non habent, ne antiquæ  
quidem editiones. Iocoſe autem duabus vocibus non una  
legendum. Hic est argutia Epigrammatiſ. Inter Caul-  
lum & Lefbiām disſidium interuenērat. Lefbia ioco vovit  
Veneri, si recōcilietur ſibi Catullus, ſe Annales Volusij illi  
crematuram. Catullus, qui illius poeta annalibus iniquior  
erat, quod puella ioco voverat, id vti ſerio fierer, efficit  
atque amicā in gratiam rediit. Venustum ſane argumen-  
tum, & elegantiā Catulli dignum. Nam totus, ut dixi, no-  
dus erat in illa voce, ioco. Repetitur autem bis ſe, more  
Græcorum, præſertim Atticorum, ut ego innumeris lo-  
cis apud Demosthenem notaui. Euripides Phœnissi.

ε μοι μὴν εἴ τι μὲν καθὶ ἐλλήνων χρόνος  
τεθραμμένη δημ' οὖν ξωστά μι δοκεῖ λέγειν.  
Hic enim τὸ έμοι repetitur eodem modo, quo hic ſe.  
19 V R I O S Q V E apertos.] Hos, niſi fallor, Strabo Vrios  
appellat. apud quos αὐθοδίτην αὐλάντην colebatur: ut in al-  
terutro vitium esse necesse sit. At quid voluit Turnebus,  
quum Marios legit? oblitus enim pedis, ponit dactylum  
pro trochæo.

23 A C C E P T U M face] Tertullianus dixit, Accepto fa-  
cere, non Acceptum, libro de pudicitia: Quanto delicta ista  
ante

antelauacrum accepto facit, tanto post lauacrum inremissibilitate constituit.

26 PLENI thuris ] Hæc est lectio, quæ inuenitur non solum in nostro scripto, sed & in antiquis editionibus. Novum Persianum: -- nec sombros metuentia carmina, nec thus. Horatius:

Defar in vicum vendentem thus, & odores. Martialis:  
Et thuris piperisque sis cucullus.

Athenæus de Anaxādride poeta: πικρὸς δὲ οὐ τὸν θυσέα ἐποίησεν τοῦτο τούτους καμαράδας. οὐτε γὰρ νικῶν, λαμπεῖντων ἐδωνεῖ εἰς τὴν περιτελεῖν. Sed & ruris legi potest, præser-tim, quum sequatur infestiarum. melius enim hæc inter se conueniunt. Sic Græci αἰγαλοὶ πλέων. Glossa Hesychij: αἴγανοι πλέων, αἴγανοις πλήρης.

Pag. 10, 2 A N continentem ] Illud continenter Heroici poetæ δημοσίω dicunt, ut, ἔπη χρεών ἐδιάδωσεν. quod hic quo-que dicitur. imo duo hi versus ad verbum heroico & car-mine, & charactere reddere possumus:

νήποιον δέ περιθέτε δημόσιοι τῷ  
λεχανθόδομοι γέποντες ἐδράσασθε.

Nam sedere hic est καθέσθμον λεχανθέσθαι. Tabernæ, quam vocat, est λέχη, ad quam iocandi & confabulandi gratia conueniebant. vt alibi:

Oramus, si forte non molestum est,  
Demonstres, ubi sint tue taberne.

Hesiodus. καὶ ἐπαλέα λέχω.

4 M E vna ducentos ] Flagitiosum verbum, quo hic vi-tur, nihil habet flagitiij, quod ad istam quidem senten-tiam spectat. est enim ἔνεγκελλεν. Sic supra: O Memmi beng-me, &c. Quem ἔνεγκελλον intelligit, subiungit.

- nanque totius robis

Frontem taberne scipionibus scribam.

Nam si quis flagitium hic intelligit, multum a sententia Catulli abhorret.

5 NAN Q V E totius robis frontem taberne ] Si Synecdochis tabernam accipimus, eodem modo intelligemus ta-bernam scipionibus scriptā, quomodo apud Aristophanē;

c.j.

Ἄνθλωας ἀχλὸς τοὔρεμος βασιλεῖα.

Nam τοὔρεμος βασιλεῖα dictum, ut hic scipionibus scribere. Sed non ita est. Nam frons tabernæ sine vlla figura simpliciter ponitur. Tertullianus de Anima: *Ipsi postremo philosophi, ipsique medici, quanvis de animo quoque disputatione, faciem tamen operis, frontemque materie de anima rursus quisque proscripti.* Alludit enim Tertullianus ad illos, qui rerum promercalium titulos in fronte tabernæ proscribunt. Minatur haud dubie Catullus, se elegiorum carbonibus, ut Plautus loquitur, frontem tabernæ scripturum. Sed quomodo scipionibus id fieri possit, non video. Suspicor hic in mendu latere, quod diuinare non potui. Viderint ergo doctiores. Nam certum est Catullum contubernalibus interminari, nisi reddant Lessbiam, famoso carmine quod fronti tabernæ scribet, se illos traducturū.

9 MAGNA bella pugnata ] Noster codex, bella parata.  
Fortasse scriptit Catullus patrata.

12 OMNES pueri ] Post hunc versiculum sequuntur illi in veteribus scriptis: *Tu præter omnes.* & recte. Itaque eos suis sedibus sollicitare noluimus.

16 ET magis magis in dies, & horas ] Transpositio facta est versuum hoc loco. Nam post hunc versiculum sequi debet, *Irascor tibi, sic:*

*Et magis magis in dies, & horas  
Irascor tibi, sic meos amores.  
Quem tu, quod minimum facilimumque est,  
Qua solatus es adlocutionis?  
Paulum quidlibet adlocutionis  
Mæstius lacrimis Simonideis.*

Irascor, inquit, tibi ita puerum meos amores accepisse. Quem puerum quo solatus es colloquio? Parum quidpiam consolationis adhibuisti: si modo ea est consolatio, quæ tristior est threnis Simonidis. Hæc est vera huius poematiij difficultatum explicatio. Nam omnis difficultas inde nata, quod, *meos amores* non accipiebat de puer, quem Cornificius mœstum consolatus non erat. Idcirco facta erat transpositio.

Pag. 21, 5 AVT parcus r̄mber] Iam notum studiosis, olim adolescentes nos hic *parcus* pro *parcus* legissē. Ea emendatio

nostra confirmatur Lexico P. Danielis, cui parile ego vidi  
in Monasterio Vindocinensi. In eo Glossario antiquo hic  
versus producitur cum interpretatione, *id est*, *grassis,*  
*pinguis.*

IO N A M rīsū in e p t o ] versus παροιμοίων̄ς Græcorum:  
γέλως ἀγάρος δένον̄ τὸ βροτοῖς κακόν̄.

II N U N C Celtiberus ] Scriptus liber, & veteres edi-  
tions:

Nunc Celtiber ex Celtiberia in terra. Lege:

Nunc Celtiber in Celtiberia terra.

Nam metaplasmo isto vñ sunt veteres. Lucanus:

- occurrat Iberibus alter. Silius.

Omnis Iber, omnis Latio sub nomine miles. Idem:

Omnis Iber, omnis rapidis fera Gallia turmis. Idem:

-- ceditque loco Libys affer, & omnis

Late cedit Iber --

Sic codem Metaplasmo dicebant Illiribus, & Megaribus.  
vt Plautus.

13 A T Q V E ruffam ] Olim adolescentes Ruffam ex Apu-  
leio repoluimus. Hunc autem spurcum morem præter  
Strabonem notat & Diodorus libro quinto, πάρεκάστην  
τὸ σῶμα λουστὸν οὐρῷ, καὶ τοὺς ὁδόντας καθαρίζοντες τούτῳ  
μηρώπας ἐπεξείδει στοματος.

17 Q V A E N A M te mala mens ] Omnino huic sinile il-  
lud ex Epodis Archilochi:

πάτερ λυκόμελα, ποῖον ἐφεύσσω τόδε;

ἴς στέ παρήρε φέρεις;

26 A C M E illa illa puella) vetus scriptura, A mean. Rechte.  
A pro Ah semper in hoc libro exaratū fuit. Ah me. οἱ μη.  
Supra: - quod esurire Ah memē puer, & sitire dicit. At do-  
cū viri Acmen Septimij hic imaginati sunt: & decocto-  
rem Formianum Septimium intelligunt. ὅντας οἱ θυσίας.

29 D E C O C T O R I s amica Formiani) Mamurræ. Infra:  
Saline nec nimio puella naso,  
Decoctoris amica Formiani.

Pag. 22, I SO LET hec imago sum) verbo solet, infinituum  
non subiungebant veteres Latini. in Epigrammati s:

Concile Pompeio primum duo, Cinna solebant

c. iij.

Mæchi -- Subaudiendum, μοιχθύν. Plantus Cistellaria: Que cum viris suis prædicant nos solere. Non est obscurum quid subaudiatur. Hic solere imaginosum est, solere imaginosum morbum ægrotare. Imaginosus morbus est φρενίς, quum φαντασmatu animo occurunt. De quo satis Celsus libro tertio, & Cælius Aurelianu. Alius est morbus imaginosus κορυκαπάντης Græcis dictus, cuius medicini libri mentionem non faciunt. Imagines sunt sonores, quales tinnitus, quibus aures nostræ personantur, vnde ἡχοὶ Græcorum imagines vertunt Latini. Horatius -- cuius recinet iocosa Nomen imago. Varro de apibus, sonorum imagines, hoc est, ἡχοῖς οἱ κορυκαπάντης videbantur sibi semper aures musica & carminum sonoribus perfornari. Plato Critonē: ὁπερ οἱ κορυκαπάντης τῇσι αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούγεν. Item: Κύπε, ὃ φίλε ἐπέμψει Κρίτων, οὐ λέπει τὸν δακὼ ακούγεν, ὁπερ οἱ κορυκαπάντης τῇσι αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούγεν, & εἰ ἐμοὶ ή αὐτὴν ἡχοῦταν τὸ λόγον βούλεται, & ποιεῖ μὴ διώδει τῇσι αὐλῶν ακούγεν. Qui autem hoc motu laborant, insomnia & vigiliis vexantur, aut saltē patentibus oculis dormiunt. Semper enim illis imaginibus intentum animum habent. Vnde eos, qui patentibus oculis dormiunt, Corybantiare dicebant, hoc est κορυκαπάντης. Quicunque enim patentibus oculis dormiunt, intutum somnum propter imagines & sonores habent, quod superstitalia vetustas a Corybantibus immitti credebat. Plinius loquens de oculis animalium: Dormiant & quidam patentibus, quos Corybantia regredunt. Hæc est veterum Plinius manus scriptorum lectio. ex qua monstrum ipsis Corybantibus formidolosius confinxit Turnebus. quum legit, quos Corybantia regreduntur. Putauit nostræ atatis doctissimus vir posse Latine dici: Medicina salutem regreditur ægris: quia scilicet apud Ennium legerat regredi gressum: quum sit eodem modo dictum, quo, Currere cursum, seruitutem seruire, & similia. Deinde fecundissime lapsus est, quum putauit a Corybantibus morbum illum sanari, qui contra a Corybantibus immitti vulgo putabatur. Sed indubitate emendatio est: quos Corybantiare credunt. Qui enim patentibus oculis dormitent, putabantur imaginosum pati,

idque a Corybantibus immitti. Nam verum est, qui hoc imaginoso morbo conflicantur, insomnia, aut saltem leui somno vexari, neq; oculos illis claudi etiam dormientibus. Varro Prometheo:

*L e u s o m n a m e n s s o n o r i n a s i m a g i n e s*

*A d f a t u r . n o n v m b r a n t u r s o m n o p u p u l e .*

Quibus versibus quid aptius excoxitari potuit ad Plinium explicandum? Nam in illis versibus sonorinæ imagines sunt ἔχοι ἐγκλητοί. & manifesto indicat imaginosis seu κορυφασπώσι non vmbriari somno pupulas, quod de patentibus oculis iam Plinius dixerat. Igitur, *Soleat imaginosum, hoc est κορυφασπάς, nisi manuis, φρενιτάς, interpretatione, quam primo loco possumus.* Memineris ergo τὸ soleat imaginosum sine infinituo alterius verbi dictum, ut supra ex Plauto docuimus: *Q u e c u m v i r i s s u i s p r e d i c a n t n o s s o l e r e . H o n e s t e* enim hæc subintelliguntur. Sic apud Euripidem Iphigenia in Aulide: *ως ἐπιχε Ληδόνηι μελαθέω, supple μελάσσα.* Turnebus legit -- nec rogare *Q u a l i s s i t , soleat hæc imaginosum.* Profecto doctus ille vir, & amicus noster non rogauit nafsum suum, an ita scriperit Catullus, ut ille nobis co- natur persuadere.

io t v r p e incedere) Iandudum docti viri hic mimice legunt. Quod valde placet. Sic Seneca libro septimo Declamationum: *Nihil est tam mimicum, quam manifesta preparatio.* Ego admodum adolescens legebam, ritmice, ita enim scribebat pro, *rhythmice.* Et fortasse nō omnino male con- jiebam. Sic Petronius: *Q u o i n c e s s u t u t e c o m p o s i t u s , & n e* vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia, nisi quod formam proficiunt, ut vendas? Illa vero:

*Q u o d s i n i l a l i u d p o t e s t , r u b o r e m*

*F e r r e o c a n i s e x p r i m a m u s o r e ,*

*C o n c l a m a t e i t e r u m a l t i o r e v o c e .*

Illa, inquam, hoc significant: *Q u o d s i n i l a l i u d p o t e s t c f -* ficere, ut exprimamus ruborem. & ita, ut distinximus, legendum. Subauditur enim v t. Sic in illis: *V t o r t a m b e n e ,* quam mihi pararim. subauditur, s. quam si mihi pararim.

28 S A L V E n e c m i n i m o ) N o s t r o liber melius, meo iudicio, Salsus nec nimio. Indicat enim pene nullum nafsum habuisse,

Propterea alibi dixit esse turpiculo naso. Neque enim de  
immani naso turpiculum dixisset.

Pag. 23, 1 T E N prouincia ) P R O V I N C I A , hoc est Prouincia Gallia , cuius pars Transpadana , in qua & amica Mamurra , & Catullus , quum hæc scriberet , erant. Ibi enim Mamurra p r æ fectus fabrorum Cæsaris erat . quod supra ex Plinio attigimus .

I I M A L A M Q V E peccore expuli tu s i m ) Recte docti homines , quicunque illi fuerunt , diuinarunt ex illis corruptis , quæ extant in manuscriptis - - aliamque petere expulsi sum . Mallem tamen expuli tu s i m . Illud autem petere , p r æfert antiquitatem & bonitatem libri . Nam peccore pro p eccore antiquo more scriptum erat , vt alibi fulgeret profuguret .

I I I N O N immerenti ) Iam ante quadraginta annos plus minus , docti viri veram lectionem eruerunt , quam mihi meus venter .

I I I I E T me recurau i ) Noli dubitare quin Catullus scripsit , & me procurau i . Primam enim corripit , quod qui dubitabant , locum corruperunt . Plautus dixit , se in lecto procurare . Pro ocimo vetus scripture habet otio . quod negligendum non est . quanquam ocimo , quod repoluuerunt docti viri , non displicerit .

Pag. 24, 2 H O C vt dixit , amor sinistra , vt ante ) Locus corruptus ex eodem versu , qui infra legitur . Nam iam primum amor dextram sternuit approbationem , quomodo ergo conuenient illa verba , vt A N T E ? Fortasse :

Hoc vt dixit amans , Amor sinistra  
Dextram sternuit adprobationem .

At infra post Acmen , recte ponitur , vt A N T E : quia iam semel Septimio hoc factum est . Quare merito illum locum corruptum putamus . Dextram adprobationem legendum præter veteris scripture auctoritatem probat & Latinitatis ratio .

I I I I H V I C vni domino ) vetus scripture uno . ap xci nō .

I I I I AD claras Asie volentes urbis ) claræ vrbes Asie sunt quatuor illæ p r æcipiæ , quas propterea a numero quadrigam Asie vocat Propertius : Ephesus , Smyrna , Colophon , Miletus . Imo si credas Mimnermo , ne Miletus quidem est

in Asia, sed ab Ionia ad Bithyniam, in qua erat Catullus, recte dicebatur Asia. Eius versus hi sunt:

ιμεῖς οὐ αἰπόνυλοι τηλίοι ἀσυ λιπόντες  
ιμερτῶν ἀσίων πινδήν αἴφικόμεθα.  
ἢ δ' ἀερ τῶν κολοφάνων βίλων ὑπέροπτοι ἔχοντες  
ἔβομεν, αργαλέης ὑπελος ἡγεμόνες.  
καῖτεν δ' ἀσύντος ἀπορύμοροι ποτε μοῦ  
τελν̄ βουλῆ συνήρτεν εἴδεσθε αἰοίσθε.

Sic Libyam Latine Africam vocamus: quum vera Africa sit, in qua Carthago, non in qua Numidia & Mauritania. Pag. 25, 26 *ut conuenierat esse delicatos*] Caue τὸ Εσσε ab Edo deriuandum putes. Nam qui condicebant operam ad cœnam, ita dicebant: vna erimus hodie. Iuuenal is:

Tertia ne vacuo cessaret culcita lectio, Vna simus, ait --

Pag. 26, 9 *N Y N C andax caue sis*] Præcipit μη μέχα φρονεῖν. Ne scilicet ρεμεστῶν η πιστόν. Hoc est enim, Ne pœnas Nemesis reponat a te. Sic Græci quum aliquem supra modum felicem laudarent, ita dicebant, θύητες φθόνος δ' απέστω. Itaque plus est arguti sensus in hoc Epigrammate, quam primo limine quis inspicere possit.

24 *TIN NIV NT aures*] Recte liber scriptus, Tintinane aures. Afranius:

Ostiarii impedimenta tintinare audio. Nauius:

Tantum ubi molle crepitum facient, tintinabunt compedes.

Inde Tintinabulum.

Pag. 27, 8 *D I magni salaputium*] Hæc est omnium antiquitus excusorum lectio. item noster ita habet. denique Seneca exemplar non aliter clamat. olim quid esset explicauimus. Nutrices pueros ita solent appellare. Festiuissima conclusio huius epigrammatis tota versatur in ea voce. Nam quum esset Caluus statuæ per exigua, ut testatur etiam Seneca, ille de corona, qui admiratus est Caluum recitantem, reuera ac serio putauit caluum esse puerum, non virum. Itaque erupit in exclamationem, in quam solebant nutrices, quum plausu pueros exciperent, o festiuissimum, o lepidissimum salaputium. Itaque festiuus, quam argutius est epigramma. Quantum autem iste locus Grammatico-

c.iii.

rum vulgus torserit notius est, quam ut a me reperatur. Tantum hac in re, ubi multum sibi placere videntur, nobis ferendi non sunt. Caluum vero exiguum fuisse præter se necam testatur & Ouidius.

*Par fuit exigu: similiisque licentia Calui.*

Propterea Salaputium, ut dixi, vocat. Græce, ut alibi doceamus, μόθιον idem, quod Latine Salaputum. Idem erat & Pipinna, apud Martialem. Miseret me Turnebi cum suo Calabotio, quod hic nobis supponit.

**I O O T H O N I S caput ]** Hic incipit Epigramma usque ad illud ad Camerium, Oramus, si forte non molestum est. Est autem scriptum in quosdam ex decuria scribarum Cæsaris, postremo in ipsum Cæsarem inuchitur. Quod Epigramma præter paucas maculas, quibus oblitum est, tantum abest, ut mutilem, aut ex diuersis poematijs distractum sit, ut etiam non putem ullum stomachosius, aut virulentius in toto Catullo extare. Videtur enim poeta ab officio Cæsaris Iesu in Traspadana regione, ubi tum ipse, & Mamurra erant, hæc scripsisse. Igitur totum adponam epigramma, ut & legendum, & coniungendum censeo:

Othonis caput oppido pusillum  
Peri, rusticæ, semilarta crura,  
Subtile, & leue peditum Libonū;  
Si non omnia displicere vellem  
Tibi, & Fugitio seni recœdo.  
Irascere iterum mei Iambis  
Inmerentibus, vnice Imperator.

Nunc omnia singillatim explicanda.

**O T H O N I S caput ]** Sic in Prolusionibus Virgilianis:  
Superbe Noctuine putidum caput. Licinius Caluus:  
Sardi Tigelli putidam caput venit.

**P E R I rusticæ ]** Ita minima licentia legimus, quum antea legeretur Heri. Nos Peri scribimus. Idque plane Græcorum ερπε, & φειπου exprimit. Est autem post rusticæ tenetū. Nam rusticæ, non rusticæ legendum & scripti libri, & antiquæ editiones probant.

**S E M I L A V T A crura ]** Hæc omnia ad Libonē, in quem post Orthonē inuchitur, manifesto referuntur. Hæc autem

*χρό ομηρούς* & *σπουδαίου* intelligenda sunt. quod reuera & im-  
balnitie, ut Lucilius loquitur, squalleret, & laboraret eo  
morbo, qui ridiculosior, quam periculosior est. Notum,  
quid sit peditus. Morbum vocau, quia quibusdam inuitis  
id excidit. Exemplo erit Claudius Cæsar, qui eo labora-  
bat. *Glossæ, Peditus, Peditum πόδης*. Duo recte exprimit  
Græci, *πόδεων*, si cum sonitu: *βέρεων*, si nares potius,  
quam aures feriat. Videtur lingua Latina hoc carere. sed  
non ita est. In Glossariis enim *βέρεων* seu *βέρεως* dici-  
tur *Vifum*. *βέτιν* *Vifire*. Quod hodie & Italorum, & Gallo-  
rum idiotismus retinet. Sed non credes fortasse illi Glos-  
sario. Vtinam meliores nunquam Grammaticos habere-  
mus, modo omnium paedagogulorum barbariem a nobis  
amoliri liceret. Sed age alium *έγινεν τοῦ* tibi dabo. Cicero  
Pato: *Quid enim? num honestum verbum diuīsto?* At *ineft ob-*  
*ſennum*, cui *respondet intercapedo*. Cedo sis mihi vnum ex  
illis Ciceronianis, qui nihil obscurum in Cicerone esse  
dicunt. Profecto hic hæreat neceſſe est. Sed luco clarius  
est ex animaduertione nostra in verbo *Diuīsto* esse obsce-  
num. Nam in eo τὸ *Vifio* est βέτω. sicut in verbo *interca-*  
*pedo*, τὸ *pedo* non sine flagitio est. Est enim πέδω. Dices:  
non multum referre vtrum hæc quis sciat, an nefciat. Si ita  
vis, age pergamus ad reliqua, verbum nō amplius addam.

*si non omnia disperdere*] Subintelligendum est: Dispe-  
ream. Hæc autem nonnullæ editiones & scripti libri im-  
probe a superioribus disiunxerant, ergo his verbis non  
minus Liboni, quam superioribus Othoni imprecatur.

*TIBI & Suffitio*] Scripta lectio, *Suffitio*. proprius accedit  
ad germanam lectionem. Legendum enim *Suffitio* ex  
Dione, ubi est φουφίνος.

*SEN I recocto*) Glosſarium interpretatur αἴτιον γέροντα  
quum hunc locum in animo haberet. Sed fallitur, meo iu-  
dicio, quanquam illum Grammaticum sequutus sit Turne-  
bus, ut in aliis. Intelligit enim non recoctum senem, sed  
recoctum scribam. Horatius: - *sepe recoctus*

*Scriba ex quinqueuiro corum delusit biantem.*  
Ibi Helenius Acro: *Recocti dicuntur Scribe, qui sepius cum  
proconsulibus ad provincias misi, exercitationes facti sunt vīo*

*ipso, & frequentia.* Solent autem mitti quinque viri: qui quum a rediissent, vendebant decurias suas, & Quinquerini dicebantur. Quod se voluisse iterum magistratibus apparere, & fructus priores percipere, Cocti dicebantur, quique ipsius hoc facilitabat, Recotti. Si quis senem recetum, non scribam intelligit, eodem modo dictum putet a Catullo, quo dixit Petrus; *Anus recocla vino Trementibus labellis.*

**I R A S C E R E** iterum ) Et haec quoque male a superioribus diuulsa erant. Postquam satis officio Caesaris impetratus est, nunc ipsi proconsuli comminatur, & iubet illum iterum Iambos suos expectare, quibus impetus iterum sibi penas det. Virulentum, ut dixi, Epigramma est, ac stomachi plenum, quod nos primi, sicut multa alia Catulliana, in integrum restituiimus.

Pag. 27, 19 **D E M O N S T R E S** ubi sunt tue tenebre ) Repono Taberne pro tenebre ex antiqua scriptura. Iam supra attigimus hunc locum, quum tabernas λέγεται. Graece dici notauimus, ad quas scilicet confabulandi causâ conuenirent, ut Hesiodus etiâ docet, quum ait ηγετη παλέα λέγεται. unde λέγεται εσδρα. Nam sane parum putum Syriacum est λέγεται, quo usus est Esdra magnus illæ diuinæ legis scriba. Scriptit enim Babylonica lingua. Ad pilas autem sitæ erant tabernæ illæ. Horatius,

Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos. Et supra:  
Salax taberna, vosque contubernales,  
A pileatis nona statibus pila.

20 **T E** questiuimus in minore campo.) Scribe ex nostro libro:  
Te campo questiuimus minore.

De industria enim captat spondeum in secunda sede.

cod. IN minore campo) In Cælio. Quum Campus Martius diluio Tiberis stagnabat, Circenses siebant in Cælio. Ouidius: *Celius accipiet puluerulentus equos.*

21 **T E** in omnibus tabellis ) Palladius primus libellis reposuit, quum in antiquis editionibus, & manuscriptis legeretur libellis, quod rectum erat. In omnibus libellis, hoc est in tabernis librariis. Eo enim confabulandi gratia honestiores personæ confluabant, ut in tonstrinas viliores. Gellius: *Apud Sigillaria forte in libraria ego, & L. Paulus conueneramus.* Dictum autem in libellis μετωπικῶς pro in librariis ta-

bernis Attico more, qui ἐν ιχθύσιν, εὐλαζανοῖς dicebant. pro, εἰς ιχθυοπωλεῖος, εἰς λαζανοπωλεῖος. At Labellis, quod olim reposuit Palladius non magis hic conuenit, quam labra pro balneis accipere. Labrum enim, aut labellum est ποσόντηρον, aut saltēm solium. Glossæ, Labrum, λουτήρ. At λουτήρ non est Balneum.

26 A VELL I finit] Ita emendauit Auantius. Noster liber sic:

Ab vel te sic ipse flagitabam:

Camerium mihi pessime puelle.

Reste, & lepide, ego te illas sic flagitabam, o pessimæ pueræ Camerium mihi. ἐλειπτικῶς hoc est redditæ. Hæc sane meliora sunt, quam illa commentitia. Sed non dubium, quin ita legendum;

Quas voltu tamen vidi sereno

Has vel te sic ipse flagitabam.

Duo accusatiui. Plautus:

Quas sponsiones prouiper tu exactus es.

30 SED te querere iam Herculis labos est] Et hæc quoque de correctorum officina. Noster codex optime:

Sed te iam ferre Herculei labos est.

vbi Herculei genitius antiquus. vt apud Ciceronem in epistolis probissimus, ac doctissimus senex P. Victorius notauit scriptum in veteribus libris, Themistoclei, Theopha-nei, Sic Simonidei apud Ausonium. Concedat Cei Musa Simo-nidei. Est autem prouerbialiter dictum. Propertius:

Deinde, vbi pertuleris, quos dicit fama, labores Herculis.

31 TANTO tenfas] Et hæc quoque pessime accepta a correctorum temeritate. Legendum enim ex nostro libro sine interrogatione: Tanto te in fas] neg. amice. Est enim διφορία.

Pag. 28, I. C O M M I T T E. luce] In Gallico exemplari puto fuisse: Lucei antiquo more scribendi. Neque dubium, quin ita fuerit. Committere luci est in medium proferre, vel, vt veteres loquebantur, propalare.

7 sis nostri quoque particeps] Vetus scriptura, Dum no-stri sis particeps amoris. Senfus communis expertem esse oportet, cui non pareat legendum, Dum rostri sim particeps

*amoris. Nam voſtri in noſtri mutauerant, qui non memine-  
rant ἀρχαῖον eſſe characterem huius auctoris.*

**8 N O N c uſt o s ]** Quædam editiones hunc versiculum cum illis nouem ſequentibus coniungunt cum ſuperiore verſiculo, quod non diſplicet. alij medium Epigramma hiſ iſtitutiſ diſſindunt, vt Aldus. Noſter liber diuerſum Epigramma facit, & alio loco ponit.

**20 D I G N A M Q V E auribus, & tuo cachinno ]** Profecto legendum eſt: *Dignam naribus, & tuo cachinno, vt Satyricus: -rides, aſi, & nimis vneſi Naribus indulges - & - naſo ſuſpen-  
dere aduenio. Sic apud Tibullum viciſſim naribus pro auribus mutatum erat. Oscula comprehenſis auribus eripiet. Le-  
gendum enim naribus.*

**25 P R o telo ]** Protoſ coniunctum legendum. Protoſ eſt quod Iurisconfultus dicit, *in continenti*. De hoc ſatis in Varzonis libros rerum rusticarum diximus.

**Pag. 29, 3 R I V A L E S , ſocii & ]** Legō, *Riuales ſocieſ p uellula-  
rum. Scriptum ſocieſ antiquitus, pro ſaci, vt Lucei, pro lniſ ſu-  
pra. Riuales ſocij, vt diſtinguantur a Riualibus æmulis.*

**12 B O N O N I E N ſ E M rufa ]** Hic ſpurci homines verbum ſpurcum ſubſtituerunt. in quo non ſolum eos repre-  
hendo, ſed etiam quum eorum temeritate, qua hunc lo-  
cum contramarinarunt, ex uno Epigrammate duo non inte-  
gra facta ſunt. Atqui integrum totum hoc epigramma, ſi  
veterem lectionem in suas ſedes reſtituas. plane enim ex-  
ratum eſt:

*Bononiensem Rufa Rufulum fallat.  
Fallare, eſt fallere. verbum antiquum eodem modo, quo  
& vanare. Attius Alcmena:*

*Tanta ut fruſtrando vanans, laetans, protrahat.  
Laſtare, Vanare, Fallare, idem prope ſignificare videntur.  
Id enim eſt falſa ſpe producere, eſt ergo maniſta ſenten-  
tia Epigrammatiſ: Rufam, quæ nuper poſtremum mendici-  
monium erat, vt pote quæ e media flamma cibum pe-  
tebat, nunc delicias facere, ac ſuperbo aftu amantis Rufali  
preces eludere. Miror tam pueriliter omnes in huius epi-  
grammatiſ enarratione lapſos, vt putarent hæc eſſe diuer-  
ſorum poematiorum fragmenta. At quid clarius illo, ſi ve-  
terem lectionem reſtituas? Si enim conſideraſſent quid*

et effverbum Fallat, & illud, ut supplicis vocem, &c. profecto  
aliter pronunciafent.

13 V X O R Meneni ] vetus scriptura : vxor nemeni. lege  
vxorne Meni? Horatius : Menius, vt rebus maternis, atque  
paternis. & profecto ἐμοστηκότερον est cum interrogatio-  
ne. Illane, quæ nuper in sepulchretis rapiebat silicernium?  
Neque dubium, quin sit is ipse Menius, de quo Horatius  
script paterna atque materna bona abligurisse: adeo, vt  
propterea dicatur eius vxor coacta silicernia in sepul-  
chretis vorare.

14 R A P E R E de rogo cenam] In sepulchretis vstrinæ erat,  
quæ sepulchris ipsis applicabantur, ad quas culinæ erant,  
quas Græci δύσπαι vocabant, in quibus Silicernium, hoc  
est funebris cæna coquebatur. inter proflusiones Vir-  
gilianas:

*Neque in culinam, & vñcta compitalia,*

*Dapeſque duciſ ſordidias.*

Silicernia autem in illis culinis a pauperibus absumeban-  
tur, vt in Græcia τὸ δέ εὐάριστον δῖπον.

16 A semirasi] vel, vt vetus scriptura, Ab semiraso. Vſtor  
ιεροκαυμῆς redditur a vetere magistro. Id genus homi-  
num scriulis conditionis erat. Horatius:

*Huc prius anguſtis eiecta cadavera cellis*

*Conſeruſ vili portanda locabat in arca.*

Atque adeo abiectissimum genus mancipiorum. Nam  
eiusmodi semirasi erant, qui ad aliquod opus publicum  
damnati erant, vt ad molendinas, ad remum, ad vilia ca-  
davera efferenda: qui vespillones dicebatur. Artemidorus:  
ἰσπέρον ἢ αἱ δέ κεφαλῆς ψιλὸν ἔχοι οἱς ἡνὶ διωσαέδιτος,  
καπηκὲ θίστεται η εἰς ἔργον θηρέστον καταδίκης. οὗτον δὲ καὶ κε  
θεσηνγρετοῖς δικαιοῦσθαι. Apuleius: frontem literati,  
& capillum semirasi, & pedes annulati. Nam & stigmatias, &  
catenatos innuit. Marialis:

*Has cum gemina compede dedicat catenas,*

*Saturne, tibi Zoilus, annulos priores. Idem:*

*Annulus ifte tuis fuerat modo cruribus aptus. Horatius:*

- iamne catenam Ex voto Laribus donasset -

17 M O N T I B Y S Libyſtinis] Male. Lege Libyſtinis. vi:

- & pelle Libyſtidos urſe.

23 COLLIS o Heliconēi] A. Ticina hoc genere carminis Hymenaeon scriptis. Sappho non Hymenaeon, sed epithalamion. Seruius nondum excusus: *Sappho*, inquit, in libro, qui inscribitur ἔπιθαλαμος.

-- χαρέ δὲ νύμφα

χαρέ οὐ μέτρα μετρέ.

Quod & ipsum est eiusdem generis metrum.

cod. HELICONII) *vetus*, *Heliconēi*. Ita omnino scribere necessitas carminis cogit. Ἰγνώνιος, Ἰγνώνεος, ιγνώνιος, ιγνώνεος - νος & Cyclopesaxa Experti. Sic διάγος, διώνεος, *sacra Dionæ matris*, non *Dionæax*. *διάνη*, διάνεια, ut πνευλόπιτον, πνευλόπιτα.

Pag. 30,5 PINEAM) Non Spineam. Seneca Medea:

*Candida thyrsigeri proles generosa Lyæi,*

*Multifidam iam tempus erat succendere pinum.*

*Excute solemnum digitis martentibus ignem.*

*Festa dicax fundat coniux Fescenninus.*

At qui Spineam hic ponebant, dicant mihi, vbi viderint tandem in spinu, quæ propria est res iniferarum arborum.

II FLORIDIS *velut enitens*) Lyricus Græcus:

τέωσ, ὁ φίλε γαμέρε καλας εἰκόσιων.

ὅρπαι βερβινῶν σε μάλιστ εἰκόσιων.

Pag. 31,4 QVIS Deus magis optimis) Audacia Avantij, qui optimis repuluit, vbi præsca scriptura habebat, *Quis Deus magis amatis*. In Langobardico charactere nihil omnino T, differt a C, & vicissim altera pro altera hic posita sunt. At in illo optimo Gallicano, *a macis*, scriptum erat, C, pro G, vt alibi iuncier pro iungier, porcentur pro porgentur. Scribe igitur *Quis Deus magis ab magis* Est petendus amantibus. A semper habet etiam noster liber pro Ah. Magis ab magis, nimis ab nimis, Miser ab miser veteris elegancia sunt.

25 NEC parentis stirpe dicier) Scriptus liber, & præsca editiones Stirpe vincier. Male accusatus est lectionem Gallicani exemplaris librarius. Nam in eo scriptum fuit: *iuncier*. C, pro G, vt modo notabamus, *macis* pro *magis*, in eo scriptum fuisse. Elegantissime Catullus dixit parentes ex non iusto coniugio non posse iungi stirpe. hoc est non posse trans-

mittere hereditatem ad liberos , quia ex non iusto coniugio suscepimus , est peregrinæ conditionis. Peregrinus autem nihil capitur de bonis ciuiis Romani. At sius heres quum immisceret se hereditati , continuatus patris sui potius , quam patri succedit. Hoc est , quod Catullus dixit , iungi stirpe parentes. quum eorum ius ab heredibus , qui sui dicuntur , continuatur. At nitier , quod Auantius reposuerat , omnino cum ipsis Auantij fautoribus exhibilandum est.

30 N O N queat dare praefides ] Pendent ab eodem iure. Nam qui ex non iustis nuptijs concepti sunt , peregrini sunt , quibus nulla erat munerum populi Romani participatio. Non ergo magistratum capere poterant. Nihil est apertius hac sententia. Putant tamen docti viri hic absurdum nescio quid latere , cuius historia penitus nos fuderit. In quo sane in sirpo nodum queruntur.

*Pag. 32, 3* V I R G O adest , viden ut faces splendidas quatiant comas ] Ad eum modum Callimachus :

καὶ δίπου τὰ περγα κέλω ποδὸς φῦλος αράσει.  
οὐχ οἰσται ; ἐπειδούσι δὲ λιος εὖθε φῶνται.

7 T A R D A T ingenuus pudor ] & vetus scripture , & pri  
me editiones constanter habent Tardet. quod retinendum est omnino. Sic veteres Denset pro densat dicebant. Vir  
gilius : Denset enim que laxa . -

8 Q U E M tamen magis audiens ] Legendum sine dubio ,  
Que tamen. Error hinc fluxit , quod Gallicanum exemplar ,  
ut coniujimus , sine diphthongo Que pro que scriptum ha  
buit: id quod in alijs nobis subolutum. Que tamen dictum  
pro , Qua tandem. Horatius : - si tamen

Non tangenda rates transfluent rada.  
Hoc est , si tandem. Propertius :

Quippe ubi nec caussas , nec apertos cernimus ieiulus .

Vnde tamen veniant tot mala , cœca via est .

Vel potius παρέλασι , ut alibi pronunciamus .

13 A V R V N C V L E I A ] Ita omnino legendum , ut ha  
bent scripti codices. Media autem syllaba exteritur , ut  
in Singulum :

Singulum secundum semen adulterio.

Aurunculus est Cottarum alterum cognomen. ex qua A  
familia haec nostra videretur fuisse. mirum tamen ei fuisse  
nomen Iuliæ. quod adoptione contigisse putamus.

22 PRODEAS noua si iam videtur } Qui has literas tra-  
stant, oportet eos non id tantum spectare quomodo qua-  
liter cunque leui interpretatione defungantur: sed videre  
num quid lateat, quod et si prima fronte vulgo patere vi-  
detur, tamen, si diligentius inspiciatur, etiam doctioribus  
negotium facillere possit. Id, quod nunc præ manibus  
habemus, eiusmodi est. Quum Catullus dixerit paulo  
ante nuptam nimium morari, quare nunc illam vult pro-  
dire sub ea conditione, modo illi ita videatur? Id enim so-  
nat, Prodeas, noua nupta, si iam videtur - Sed nemo haec  
nunquam leporem horum versuum assecutus est, quum levissi-  
mo adminiculo adiuvi veram lectionem crucimus. Legi-  
mus ergo:

Prodeas, noua nupta sis:  
(iam videtur) ut audias  
Nostra verba. (viden? facies  
Aureas quatiant comas.)  
Prodeas, noua nupta.

Non est elegantior locus, meo iudicio in hoc toto poe-  
matio. Elegantissimus poeta imitatur festinationem vo-  
torum in vulgo. Nam quum vulgus optat aliquid, tamen si  
id non euenerit, tamen quasi id euenerit, sibi ipsum persua-  
dere conatur. Sic simillimus locus apud Callimachum  
λουτροῖς πανάδδοις.

ω'η' ἀχαιδέσ.η μή μίερε, μηδ' ἀλαβάσρωε,  
(συέγσων αἴω φθόγσον ιταξονίων)  
μή μίερε, λωτροῖς τῷ παλαίδε, μηδ' ἀλαβάσρωε, &c.  
Nam Parenthesis illa, συέγσων αἴω φθόγσον ιταξονίων,  
cadem est cum istis, IAM VIDETVR. & VIDEN? FA-  
CES AVREAS QVATIVNT COMAS. Que omnia  
μημηπκός, ut dixi ex vulgi persona dicta sunt. Illud, sis,  
notum est apud Latinos idem esse, quod, Age, Agedum.  
Est exhortantis. Negari non potest, quin huius egregij  
loci restitutionem studiosi nobis acceptam referre de-  
beant.

PROBRA



29 PROBRA turpia persequens ] Commentitium est τὸ  
PROBRA. Vetus enim lectio disertim habet, Proctatur-  
pia. Ego interpretor adulteram procam, virosam. Neque  
aliter scripsit Catullus. & quanuis in hoc toto poematio  
Iambum prima sede non posuerit, tamē in Hymno Dia-  
na posuit: *Puelle, & pueri integri.*

32 LENT A quin velut ] τὸ ΚΥΙΝ confictum ex veteri  
scriptura, Q.V.E. Ita nō semel hic Q.V.E pro Q.V.I scriptum  
notauimus. quod putamus ex archaica scriptione manaf-  
se. Videtur enim Q.V.E in exemplari Gallico scriptum  
fuisse ut supra LVCET pro LVCI. Ita scribebant veteres illi  
longam I. Lucilius libro nono de orthographia scribens  
id viderur præcipere, quem ait:

*Iam pueri veneri: e postremum facito, atque i,  
Ut plures pueri stant. i si faci' solum  
Pupilli, pueri, Lucilli: hoc vniu' fiet.  
Hoc illi factum est vni: tenue hoc facies i.  
Haec ille fecere: addes e, ut pinguin' fiat.  
Meile hominum, duo meilia, item huic vtroque opu', meiles,  
Meilitiam. tenues i, pilam qua ludimur. pilum,  
Quo piso, tenues i, plura bac feceri', pila.  
Que iacimus, addes e, peila, ut pleniu' fiat.*

Page 33, 8 O CVBILE, quot omne ] Incredibile dictu, quam  
hec corrupta sint, quæ tamen nos nullo negotio diuina-  
vimus. Nam illud, *Gaudes*, quantum absurditatis habeat,  
nemo non vider: quum Catullus non lectum velit gaude-  
re, (quæ enim haec esset præposta gratulatio?) sed ipsum  
herum lecti. Non est enim obscurum gaudia illa non ad  
cubile, sed ad herum spectare, siquidem aliquis κωνος  
λόγος est in nobis. Quid igitur? Haud dubie tres postr-  
mi versificuli huius Strophæ huc ab ineptis magistris incul-  
cati sunt, quum Strophæ mutilam tribus primis versibus  
viderent. Ita enim haec digerenda erant:

\*      \*

\*      \*

\*      \*

O cubile, quot (o nimis  
Candido pede lecti)

a.j.

Quæ tuo veniunt hero,  
Quanta gaudia, quæ raga  
Nocte, quæ media die  
Gaudet? Horum ratio nobis reddenda, quam  
quam sententia aperta, & elegans.

**Q u o t omne** ] Vetus scriptura, itemque antiquitus excusi libri non omne habent, sed omnibus. Non dubium, quin primitus scriptum fuerit, omni, non omnibus. Ita semper scriptum reperies, omnis pro, o nimis. sic supra - omnis fero corde. pro, o nimis fero corde. & in nuptijs Pelci, omnis optato. pro, o nimis optata.

**9 C A N D I D O p e d e l e c t u l i** ] Qui putabant ab his incipere initium Strophæ, pro lec̄ti, quæ erat germana scriptura, vt etiamnum in nostro disertim appareret, reposuerunt lec̄tuli. Sed quum legatur lec̄ti, hæc manifesto conuincent superiora rōteias, quum & tres illi versus importuna & aliena sententia hic inculcati fuerint, & sequentia tam bene cohærent. Quod autem dicit, o nimis candido pede lec̄ti, est, μακάροι δέ πύχες. vt Horatius: I pede funto. hoc est, αρά Ση πύχη.

**12 Q u a e media die gaudetæ** ] Gaudet reponimus, ita & sententia, & scriptura vetere postulante.

**16 F L A M M E V M video venire** ] Haududum est, quum stolidi isti hoc pro germana lectione huc intruserunt, quæ habebat, Flammeum video venire. Itaque repone, & istis veruecibus bonam mentem opta.

**22 N E V nuci pueris neget desertum domini audiens** ] Pueri meritorij, qui erant in domo patris familias, quum a turpi officio dimitterentur, nuces a novo sponso accipiebant, quas spargerent, nupcialia & fescennina canentes. Ideo Plinius nuces nupcialium, ac fescenninorum vocat comites. Hoc institutum e Græcis fontibus manasse perspicue verum est. Nam in ea gente nouus sponsus, nuces iuglandes, amygdalas, & id genus spargebat, quæ ipsi καταχύπαν vocabat. Addunt Grammatici nuces ob hoc spargi, vt strepitum edenter pueri, ne clamor nuptæ audiretur. Et sane Græci idem simile quanquam non nucibus, prope faciebant. Nam apud eorum Grammaticos hæc-

A guntur: κτυπίω, Φθινορουμέτων το θαλάσσου, αὐτηκτο-  
πούσσι Κέω δεινός τοι συκατακλίνεται το νυμφίον η γυναικερόν.  
Hinc intelligitur, quare desertum amorem domini dicat,  
ut pote quem dominus a concubina ad nouam nuptiam  
transstulerit.

31 HODIE aique heri ] Proverbiū Græcorū, χθες  
καὶ φρέσι. Quod inepte Auantius murare voluit.

32 CINERARIUS] Glossa: Cinerarius, δούλος ἐπαγγεῖ.  
Ciniflo. μυστικῶν τοι τούτων.

Pag. 34, 3 DICERIS male ] Ita docti viri, quium vetus scri-  
ptura haberet, Diceres. Nam E pro I non raro in Gallica-  
no exemplari fuit, ut supra acquiesceret pro acquiesceret.

8 H A E C tibi que licent] Lege, qua licent. item tertio ver-  
siculo: Ista non eadem licent, spondeus est pro dactylo. Nam  
rieadem est aduerbiū.

20 Q V A E tibi sene fine erit ] Et scriptus liber, & veteres  
editiones, non Erit, sed seruiet habent. Ego puto τὸ Fine  
vacare, & leuite immutatam esse veram lectionem, quæ  
videtur ita fuisse: Que tibi sene seruiet. sene pro seni. Lucili-  
lius: Esuriente leoni ex ore exculpere prædam. Propertius:

Si placet insultet, Lygdamē, morte mæ.

25 O M N I A omnibus annuit ] τὸ Annuit coniunctiuī  
modi, ut Edim, edis, edit. Est autem lepida sententia de  
tremulis senibus, quod antea Sophocles Oedipode Colo-  
neo: εἴτε ρεαρός, εἴτε γῆρας οὐμαζεῖν.

32 A D S P I C E , intus ut accusans ] Lege: Adspice, imus ut  
accusans. Idem significat imus in Elegia ad Manlium:

Quare illud satis est, si nobis is datur imus,  
Quem lapide illa diem candidiore notat.

Ibi enim est extremus, ut hic, hoc est in imo lecto. Unde  
apud Horatium imus faber, hoc est imo angulo fori. In ex-  
trema igitur sponda præstolatur nouam nuptiam maritus.  
ut ostendat præceps studium τῷ cupira potiundi.

Pag. 35, 5 I L L E non minus atque tu ] Aliam lectionem in no-  
stro reperimus, quæ nihil hac deterior est.

Illi non minus, ac tibi

Peclore rrutur intimo

Flamma, sed penite magis.

d.i.j.

Quæ sane sunt *yrnia* Catulliana, offendit Correctores infolens locutio, *flamma* vritur. Quum tamen id Catullus more Græcorum dixerit, *m̄p̄ d̄x̄t̄w*. Hanc candem lectio[n]em retinent antiquæ editiones. Itaque apparet haud pridem a sciolis hæc mutata esse.

II. MITTE brachiolum] Misum fac brachium puellæ, nam patrini matrini pueri deducebant nouam nuptam, quod & in Græcia siebat. Callimachus: *αὐτίκα τὸν πάντας δι' οὐδὲν ἀμφιθελέν*. Nam πάντα est noua nupta. πάντας εἰσιθελέν, puer patrimus matrini.

13 IAM cubile adeat viri] vel, ut noster liber, *adeant* pronubæ scilicet quæ cum ipsa nupta sunt. & hæc est vera lectio.

16 VOS unis senibus bona] Scriptus liber, *Vos bone senibus unis Cognite breve feminine*. Lege, *Vos bone senibus viris Cognite breve feminine*. Breue est præteriti temporis, Breui futuri. Breue cognite, hoc est paulo ante. Scrutius in Sche-dis: *Varro pronubam dixit, que ante nupserit, & que quiniam nupserit*.

26 AT marita tuum tamen] Locus inquinatissimus, quem ita, vt hodie legitur, reconcinnauit Parthenius. Mallem veterem lectio[n]em depravatam reliquissit, quam suum somnium nobis interpretaretur. Nam ante illius interpolationem ita legebatur, ut etiam in nostro inueni:

*Ad maritum tamen iuuem*  
*Cælestis nihilominus Pulcre res.*

Monstrum lectio[n]is, vt vides: sed in quo solo istius loci depravandi & emendandi cardo versetur. Transposita enim hæc Strophe locum cum superiore commutare debet itaque sic omnia suo ordini reponimus, & tunc facile menda ipsa tollemus.

*Iam licet venias, marite.*  
*Vxor in thalamo est tub*  
*Ore floridulo nitens:*  
*Alba Parthenice velut,*  
*Luteumne Papaver.*  
*At, marite, ita me iuuent*  
*Cælestis, nihilominus*

Policher es, neque te Venus

Negligit, sed abit dies:

Perge, ne remorare.

Non diu remoratus es.

Iam venis --

Nolo eruditorum iudicio diffidere. Nam & medio criterio  
docti facile videre possunt quantum commissum erat illo  
transpositu Stropharum, & quam bene inter se cohærent illa,  
quod posuimus, ordine. At multum Grammaticos tor-  
sit hic locus, sed præter omnes Turnebus mirum quan-  
tum in hoc nodo solvendo æstuat. ut mihi non minus la-  
borandum fuerit eius lectionem legendu, quam illi hoc  
prærum Parthenij commentum interpretando. Quia igitur  
dixit nouam sponsam pulchram esse, nihilominus ta-  
men ipsum sponsum pulchrum ait.

<sup>31</sup> I A M Venus] lége, Iam venis. veteres editiones, & ma-  
nuscriptus liber.

<sup>Fig. 36, 3</sup> I LLE polueris erithei] Ita habebat prisca scriptura.  
Cui opem ego ferre non possum. Nam vulgaram, ut com-  
mentiam reiçimus. Scriptura præ se ferre videretur enthei,  
vt alludi possit ad entheos Bellonæ, quos bellonarios voca-  
bant, qui sursum vim magnam pulueris subiecebant. Sic  
abreputia illa loquitur apud Tibullum:

Atigerit, labentur opes, ut vulnere nostro

Sanguis, ut hic ventis diripiaturque cinis.

<sup>7</sup> M VLT A millia lusum] Noster codex: Multa millia lu-  
dere. Quæ lectio ex prisca scriptione manauit. Habuit  
enim Gallicanus codex ludi, pro ludi, ut sc̄p̄e. ex quo fece-  
runt ludere. Millia ludi, ut Mille axis.

<sup>16</sup> D V L C E rideat ad patrem] Virgilius sine præpositione:

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.

Incipe parue puer, qui non risere parentes,

Nec deus hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.

Manefio hortatur puerum, ut ad matrem rideat, nō con-  
tra ut illi parentes. Itaque aduersatur hoc Quintiliano, qui  
70 Qui pro Quo accipit. At si Virgilius dixit, risere parentes,  
pro risere ad parentes, ut hic loquitur Catullus, iam explo-  
ienda erit Quintiliani sententia. & sane apud Martialem  
depravatissime similis locus legitur:

d. iii.

Nec cito ridebit peregrini gloria partus,

Romanam ducat quam magis esse nurum.

Nam quid est, gloria peregrini partus? Satis mendosa illa se produnt. Itaque lego:

T e cito ridebit peregrinus Clodia partus,

Romanam ducat quam magis esse nurum.

Martialis enim vxori Marcellæ cognomen erat. Cui nescie est Clodiæ nomen esse. Nam notum qui fuerint in gente Claudia Marcelli, qui erant plebeij, & ab ijs patricij Clodij distinguebantur Pulchrorum cognomine. Apud Virgilium est *εὐλαβὴν* numerorum, qui non risere, & postea dicte hunc. Nam nascentibus putabant ades dea mari Geniū, qui est deus mensæ, feminæ lunonem, quæ Dea est cubilis. Qui, inquit, non risere parentes, nec Genius illum accipit mensa, nec dea hanc cubili. Quæ, si verum fateri volimus, etiam sine enallage villa, sed simileiter dicta sunt, quanquam & enallage numerorum ipsum Virgilium haec tenus corruperit in quarto Georgico:

*Quod surgente die mulere, horisque diurnis,*

*Nocte premunt. quod iam tenebris & sole cadente,*

*Sub lucem exportant calathis (adit oppida pastor)*

*Aut parco sale contingunt.*

Omnium poetarum principem ita interrupte cum suis parenthesibus loquentem faciunt, ne in iure apud Grammaticum tribunal sollicitissimi postuletur. Atqui vna literula mutanda germanam Virgilij lectionem efficeris.

*-- quod iam tenebris, & Sole cadente,*

*Sub lucem exportant calathis adit oppida pastor,*

*Aut parco sale contingunt.*

Quod autem locum superiorem Virgilij nemo ne veterum quidem nedum recentiorum intellexerit studiosis sati exploratum puto. Qui enim non ridebant parentes, iij putabant tota vita *ἀγέλασον*. & contra, qui nolit se paulo liberalius inuitare, iij Genius suum defraudare dicuntur. Propterea in Natali die inuocabatur Genius: ne miseris quare hic Virgilius eius meminerit. Nos igitur primi illum locum exposuimus.

17 *SED micante labello*] Melior pars erratorum in hoc poeta tota accepto referenda est Hieronymo Auantio. vi

etiam quum hic sed micante posuerit pro eo quod  
legebatur antea sed mihi ante. Vna litera minus  
veram lectionem crux possumus, Semihante labello.  
Gellius:

Dum semihante basio

Meum puerum savior.

Quis de huius emendatione loci potius dubitabit, quam  
elegantiam mirabitur?

Pag. 37, 7 NIMIRVM eos] Omissis omnibus omniū Cor-  
rectorum commentis, & nudit veterem scripturam ap-  
ponam. Ea ita habet:

Nimrum hoc est ostendit noctifer imber.

Illiud hoc est hocāo s', id est oceano se. nam multa hic  
per aspirationem scripta notaui. vt, Eoha, & similia, se au-  
tem cum synalcephe hic scriptum nemo miretur. sic ad  
Manlium, - quām' Allius in re Inuerit - Oceanum imbre  
dixit, vt Oceanum mare Cæsar, & Sallustius: Stertinium  
acumē, Rhenum flumen Horatius: Hector Illius pro Ilien-  
sis Plautius. Virgilius:

Qualis ubi Oceani perfusus lucifer vnda.

Oceani vnda, vt hic Oceanus imber.

9 CANENT quo vincere par est] Ineptissime. cui le-  
ctioni deprauandæ non postremus audaciam suam con-  
culit Auantius, vt iam in multis fecit. verus scriptura erat.  
- cauent quo visere parent. Puto, medium syllabam in verbo  
Visere transferandam post parent. reliqua non multum ne-  
gotijs faciebant. - cauent quo iure parent se. Cauent, inquit,  
quo iure & quibus defensionibus se instruant ad respon-  
endum.

19 HESPERE, qui celo fertur] Fertur de astro dixit,  
quemadmodū Aratus semper, vt, - Sealy (zoo mori opere).

32 HESPERVS a nobis) Desunt posthunc versiculum.  
Id sine ope melioris codicis explere non possumus.

Pag. 38, 3 VESTERE mutato) Lege, vt in veteri scriptum est:  
Hespere vocandi casa.

5 TACITA quod mente requirunt) QVOD non legeban-  
tur in nostro, sed Q. V. M. & melius. At iuuenes illi apud  
Callimachum citante Olympiodoro primo Commenta-  
rio in Metheora, aliter ac diuerse ab his pueris faciunt.

d. iiiij.

αὐτῷ μὴ φιλέουσιν τὸν δὲ τὸ περίεργον.  
ἔπειτα φιλέουσιν, ἀπογένουσιν ἐστον.

Contra puellæ in Ciri Virgiliana:

Quem pauidæ alternis fugiunt; optantque puelle,  
Hesperium fugiantur; cupiunt ardescere solem.

Pag. 39, 10 S V P E R alta rectus Attys] In nostro scripto titulus  
legebatur: De Attine furore percito. Et sane ita vidi in qua-  
dam inscriptione, & apud Macrobius. Nam Attiv, Attiv-  
ius, & Attivus, ut Φόρκως, Φόρκων, & Φόρκης, Φόρκης;  
Nero enim dixit. Berecynthius Attin. Persius irridens  
versum Neronis: Clandere sic didicit versum Berecynthus At-  
tin. Dio de Nerone: συντρόπον αἴτην λειδή, οὐ βάρχας.  
Lege: οὐντρόπον αἴτην, οὐ βάρχας. Quibus etiam ex-  
plicatur sequens versus Neronis apud eundem Persium:

Torua Mimalloneos implerunt cornua bombos.  
Nam inde cognoscimus eis versiculum Neronis.

I 3 S T I M U L A T U S ut furenti ] Melius noster liber, si-  
mulatus ubi furenti. At secundo versu vix, quod legitur, om-  
nem sententiam perturbat. Itaque deleo.

I 4 D E V O L V I T l a c t e s ] Noster, illectas, alij, illactas, que  
propius ad germanam lectionem accedunt. Legendum  
enim sine ylo dubio:

Deuoluit illa acuta seibi pondera felice.  
Hic synalcephem notauebat doctus librarius in Codice  
Gallicano: quod genus plures ita temporibus Catulli per-  
scribebantur, ut auctor est Cicero libris de Oratore. Acuta  
felice protulit feminino, Virgilius: ab felice in nuda connixa  
relinquit. Illa pondera quod dixit, non cuius statim obuium  
est. In rebus, quas nomine pudor non sinebat, semper  
hoc pronomine I L L E vrebantur. Supra:

Ibi illa multatam iocosa siebant. Infra:

Et querendum unde vnde foret neruosis illud.  
Sed clariss Arnobius: Priapum circumferentem res illas pre-  
riorum semper expeditione paratus. Itali in suo idiotsimo di-  
cunt, El cotale. Deuoluit autem legendum ex illius scriptu-  
rae auctoritate. Hoc est in terram proiecit. Qui vero an-  
teca legebant ille, non illa, quomodo Latine loqui Catull-  
um intelligunt, ipsi viderint. Non enim, opinor Catullus

dixisset, Atys, ille deuoluit. sed, Atys deuoluit.

**I**S M E M B R A sine viro) Arnobius, quum de Atti loqueretur, ita etiam loquutus est. In quo sequuntur Græcorum morem dicendi, qui viros exercitos ἡρότομηρδοις vocant. Sextus Empiricus: ρόνος τὸ πατέρεον ἡρότομος. Hieronymus ad Gerontiam: Hierophanta apud Athenas euirat virum.

**17** M A N I B V S leue tympanum ] Et hic, & in sequenti versiculo legendum sine consonante, Tympanum, ut apud Homerum:

ἴκρωτάλων, συπάλων τίξαχθ, σωτὶ τῷ Θεῷ αὐτῶν.

Sic infra Didymi non Dindymi:

Dea, magna Dea, Cybele, Didymi Dea domina.

**18** T Y A, mater, initia ] Non hic sacra, sed plane crepundia. Apuleius in Apologetico: Etiamne cuicquam mirum ridiculopoteſt, cui ſit vlla memoria religionis, hominem tot mysteriis Deum conſciū, quedam ſacrorum crepundia domi adferuare. Nam tuba, & tympanum ſunt crepundia Cybeles, quum adhuc in canis eſſet, vt Bacchi κώνος γέροντος, καὶ πάγια καμποτίχα. πάγια, crepundia, initia. & Pindarus in Hy- porchemafin voçat καπαρχάς.

Σοὶ μέρονταρχαῖ, μάτερ, πάτερ

Μεγάλοι γόμβοι κυμαῖαν,

ἐν δένεχαδεν κρόταλα

αἰθούσα τε δαις τεσσάρας πεντήγει.

Hic locus apud Strabonem libro x. corrupte legitur.

**25** TRVCVLENTA QVE pelagi) Horatius - acuta belli,

Propertius:

Sepe ego multa tua levitatis dura timebam.

Alij tamen Græca inflectione legunt, pelage, ut apud Lucretium - pelageque sonora. Vtrum melius nescio. vtrunque fane mihi probatur.

Pag. 40, 4 CELERARE triplidis] Noster liber celebrare, quod germanum Catullianum puto. Sic celebrem gradum pro celeri dicebant. Attius Ægypto:

Celebri gradu gressum acceleranisse addebet.

**S**N O V A mulier] Sic in nostro, non N O T H A, vt in Aldino.

**II** O N V S indomita ingi] Hoc fecerunt docti viri ex ve-

teri scriptura r v c i . C pro G. vt s̄pē iam docuimus, vt su-  
pra, iuncier, macis.

25 A N I M O *estuante rursus*] In nostro, *r̄sum*, non *rursus*.  
Quæ sunt vestigia prisca scripturæ, quæ extabat in exem-  
plari Gallicano. Nam prisco & archaico more scriptum  
erat *r̄sum*, pro *rursum*. Quam lectionem veteres excusi-  
rent, in quibus legitur: *Animo estuante r̄sum redditum*  
i. n. t.

27 P A T R I A M *adlocuta*) Pro mæſta quidam libri ha-  
buerunt maiestas, quod nihil aliud est, quam priscus mos  
scribendi, maſtus pro mæſtus, vt Aimilius, pro Aemilius.  
Sic infra nānia pro nānia, vnde fecerant iāna.

29 D O M I N O S *vt herifuge famuli*) Idem etiam exultul  
Pindarus Pythiorum quarto carmine. ὁ δὲ καρπὸς τοῦ αἰ-  
δηστον βεβού μότεον ἔχει. οὐ γὰρ ἐμώκε. Σερέπων δὲ οὐ εἴ-  
δοτε τὸ οὐτάσθι.

31 V T apud niuem *o ferarum*) T O N I V E M commen-  
tum est Correctorum. noster liber liquido habet. Ut apud,  
miser, ferarum. quod retinemus. Interiectum illud miser  
χετλιαστῶν, vt τελας, & τλημφοι apud Tragicos Græcos.

32 E T omnia earum) Legendum, Et ut omnia earum adi-  
rem. Ita enim ratio versus postulat.

Pag. 41, 8 Q Y O D enim genus figura est.) Versus etiam in  
manu scriptio corruptissimus. Et tamen nemo hactenus,  
quod sciam, ne de mendo quidem admonuit. Legendum  
vero: *Quod enim genus figura est, ego non quod habuerim?*  
Sequentia, vt alia taceam, & conieeturam nostram pro-  
bant, & quid velit poeta, declarant.

9 E G O mulier) Ne hic quoque ineptissimam lectio-  
nem odorati sunt. Quum deploraret mutationem fortu-  
nitæ sua, inter alia, conqueretur se mulierem fuisse? imo  
nunc est, quod conqueratur, se esse. Sed, quia iam certissi-  
me constat, depravatum locum esse, non dubium quin le-  
gendum sit, *Ego puber, ego adulescens*. Vide quid in Festum  
annotauimus. Ibi enim, si bene memini, hunc locum at-  
tingimus.

16 N I V E amicta loca colam) Nihil muto. Vereor ramen  
ne commentitia sit hæc lectio. Nam, quæ in nostro scri-

pto est, valde mihi probatur. Est autem hæc:

Ego viridis algida Idæ neamicta loca colam.

Neamicta, ut nec mancipi, nefunera, nefas, hoc est non sapientis. Q. Terentius Scaurus: Nam, inquit, NE pro NON positum est apud antiquos, ut Nefrendes porcos, qui fabam frendere non possunt: Nefas, qui non sapit, &c.

17 PHRYGIAE columinibus ] Male Turnebus columnam hic interpretatur arbores. Cœfisis illi fidem habueris.

20 PALAM sonitus abiit ] Lege, palans sonitus abiit.

22 GEMINAS decorum ad auris ] Corruptus versiculus: & quod non leue est, loco suo motus. Quæ transpositio illi has mendas creauit. Totus igitur locus ita legendus:

Rofeis ut huic labellis palans sonitus abiit,

Ibi iuncta iuga resoluens Cybele leonibus,

Geminis eorum ad auris noua nunciat ferens,

Leuumque pecoris hostem stimulans ita loquitur.

Vides & ordini suo & integratati hunc locum restitutum. Geminis aures ut olim monuimus, etiam dixit Virgilius Culice: vide quæ in eum locum notauiimus. Non interpretabor verba Catulli, quæ ipsa per se clara sunt. Dolendum erat hæc haec tenus animaduersa non fuisse.

24 AGEDVM inquit ] Hæc omnia interpolata sunt ab ijs, quibus nimis otij supererat ab re sua. Et liber noster, & præcæ editiones ita habent:

Agedum, inquit, age ferox, fac ut hunc furoribus,

Fac ut hinc furoris ictu redditum in nemora ferat.

Parum licentiae in illis emendandis ab æquo lectore peto.

Ita enim scriptis Catullus:

Agedum, inquit, age ferox, i. face ut hinc furoribus,

Face ut hinc furoris ictu redditum in nemora ferat.

Quæ omnia concitatum animum, ac contentam ēμοκλω' exprimunt,

26 MEA libere ] Aliquantum variat scriptura in nostro: Mea libera nimis qui. Profecto legendum: Mea liber ah nimis qui. A pro Ah, ut iam monuimus, semper in hoc libro scriptum fuit.

27 TUA verbera patere ] Sic recte docti viri ex scriptura corrupta, tua veruera patere. quia scilicet Gallicanum exemplar habuerat veruera, ut non semel in Pandectis

Florentinis scriptum fuit. Est autem ad verbū ex Homero: οὐδὲ παθεῖται τὸν ιχθὺν αἷμα φοίτε πωσίτην  
μαστίγας, εἴ δέ αὐτὸν εποτεώνει μαχή πεδίος.

Pag. 42, 5 D E A d o m i n a D i d y m i ] Transposita a Correctori-  
bus. Legc: Dea, magna Dea, Cybele, Didyma, Dea domina.  
Didyma sine, n, ut supra typatum. Marialis:

Quales nec Didyma sciant pueræ.

18 T E X T A c a r i n e ] Texere naues veteres dicebant, a  
quo locus, quo naues fabricantur Textrinum dicebatur.  
auctor Seruius in schedis nondum vulgatis. Ennius:

Idem campus habet textrinum nauibus longis.  
hoc est, ναυπίνον. τὰ υφινεώς dixit Archimelus poeta in  
nauem Ieronis.

ἀσπαρθός λαύς καρχίτα, γά τελείκης  
σῶσακας μεγάλος ἐποτεώνεις υφεαν.

Male enim apud Athenaeum υφεαν. Ouidius:

Texitur & costis pandata carina suis. Silius:  
Flumineam texit, qua transuehat agmina, classem.

26 N V T R I C V M tenuis ] Eleganter sane. sed mirum in  
nostro liquide scriptum, Iam crurum tenuis. Atqui Anautius  
hōc se dicit in suo reperiisse: quem omnes editiones secu-  
tæ sunt, imo & libri, qui ante hos centum annos scripti  
sunt, habent Nutricum.

Pag. 43, 13 G R A I V G E N A S Q domos & mēnia Larissa] Ita o-  
mnino habet noster codex, quod cur mutem, non habeo.  
quanquam Graugenūmq; domos, non Graugenās scribēdūm  
est. Quos Græci εἰλίας vocāt, eos Latine Graios dicimus.  
At εἰλίας proprie dicti sunt, qui in ea Thessalīæ parte, ubi  
est Larissa, habitatunt. Strabo libro octavo: Λαρίσας πόλις  
μόνος τοὺς εἰ θεσσαλία καλεῖται στοιχεῖ εἰλίας. Quæ de  
Grannone etiam ante eruditissimum P. Victorium dicta  
sunt, ea scimus a mente Catulli abhorrire.

13 P H A R S A L I A M coeunt] Manifesto legendum Phar-  
salon coeunt. Lucanus:

Emathis æquorei regnum Pharsalos Achillis.  
Nam syllaba alter repugnat. & in eo oppido nuptia The-  
tidis celebratae sunt, ynde Thetideon vocatum est. Euripi-  
des Andromacha.

φήσει δέ τοι πόλεως φαραπίας  
σύχροταν εἰδών ποδί την θαλασσία  
πλάτη ξυλών χαρές αὐθέρωπαν θέπεις  
φύλλον σ' ὄμιλον. θεαταλός δέ νη λεως  
Σεπτήρος αὐδία, θεᾶς χαλεπηνοφύλλομάτων.  
Ἐν Ηδίονον ἔχει Τούδε πάντας ἀγριμέως.

Poetica autem circúlocutione πόλιν φαραπίαν pro Phar-  
salio ipso. ut Varro Meliam, Chiam insula, pro Melo, Chio.  
Effortasse Pharsalica tecla, aut Pharsalitecha melius legere-  
tur. Vulgarem lectionē non male tueri possumus. si licen-  
tiam hanc poetæ concedamus. Sic in eodem versu can-  
deni syllabam producere & corripere non raro solebant  
veteres. Lucretius : Crassa que pugnabant liquidis, et liquida  
mbris. Theocritus : τὰ μὲν καλὰ καλὰ πέφανται. Horatius :

*Me fabulose vulture in Apulo,*

*Altiris extra limen Apulia.*

Notum illud Martialis:

Dicunt Earinon tamen poete.

Sed Greci, quibus est nihil negatum:

Et quos A P E C A P E C decet sonare.

Lucilius libro nono:

A primum est. hinc incipiam, et que nomina ab hoc sunt.

A primum longibreni syllaba, nos tamen unum

Hoc faciemus, et uno eodem, ut dicimus, pacto

Scribemus pacem, placide, Ianum, aridum, acetum,

A P E C A P E C Greci ut faciunt -

25 CONCHYLIS purpura] Si vera est lectio hæc, con-  
chylis est κοχυλίς κοχυλίδες. Vetus tamen scriptura præ-  
fert conchylii, non conchylis. Sic Serenus : Purpura torretur con-  
chyli perlitafuco. Credo igitur conchylii legendum.

27 HEROVM mira virtutes] Heroum virtutes αἰχμῆις  
dictum pro heroibus ipsis, ut virtus Catonis Horatio, Ho-  
mero βίηφρίατο. Apollonius : παλαιογνέων κλέα αἰδραν.  
hoc est Heroas ipsos.

31 N E C dum etiam seseque sui tum credidit esse] Ultima pars  
huius versiculi conficta est a correctoribus. Nam vetus  
scriptura ita concepta est in nostro libro: Nec dum etiam se-

*sequeſti cui . . . crederet.* Puro minorem lacunam relinquens, ad  
dam, sed minimo labore legi posse:

*Nec dum etiam ſeſe que ſit vix & ſibi credit.*

Nam credet haud dubice pro credit positum eft, vt ſupra, ac-  
quiesceret pro acquieſcere. Scriptum fuerat: *Nec dum etiam ſeſe que  
fit viſ et ſini credit.* Ex quo formata eft illa quorundam ſcri-  
ptorum librorum lectio: *Nec dum etiam ſeſe que ſui tui ſe cre-  
det.* Parum puto me a vera lectionis veſtigijſ diſceſſile.

Pag. 44, 5 **BACCHANTIS** proſpicit euoe] τῆς βαχχειον;  
& οὐδὲ id eft τῆς δαζουν;. Nam Euoe hic non eft nomen,  
quod putauit Parthenius, & fortaliter doctiores illo credere  
potuerunt.

**14 TOT A pendebat perdita mente]** Hic emendatius legi-  
tur in noſtro manuſcripto: -- tota te peſtore, Theſeū,

Toto animo, tota probebat perdita mente.  
Ita ergo reponito.

**19 GORTYNIA tecta]** Noſter liber templi. Quod ap-  
χεινάς dictum ab illo, nam omnia loca templi vocabant  
veteres. Vide Varronem.

**21 ANDROGEONAE**] Reſte emendarunt docti vi-  
ri, quum in libris scriptis legeretur, *Quom Androgeone, ai-  
dōγεως, sed quidam fecerunt metaplasticos αἰδόγεων.* Propertius: *Reſtituit patriis Androgeona focis.* Oraculum au-  
tem, quod accepérunt Atheniētes de perſoluenda pena  
Androgeonę cādis huiusmodi eft. Id enim, quia paſſim  
omnibus obuium non eft, apponere volui.

λοιμος, καὶ λιμος τέλος ἔσται, οὐ πρέπει τὸν  
αἴγαματ' ἀπὸ καθέου αἴρεν καὶ θῦλυν εὔντε  
Μίνωι εἰς ἀλλὰ διὰν Ἀποστέλλοντες, αὐτοὶ Εἰλὺ<sup>ν</sup>  
φησιν αἴγακον εργαν. οὐτοῦ θεός ηλας ἔσται.

**24 QVI S angusta malis]** Noli dubitare, quin legendum  
ſit Auguſta. Perpetuum epithetum mœniorum auguſta:  
Ennius: *Auguſto augurio poſtquam incluta condita Roma eſt.*  
Quia igitur auguſto augurio ponuntur mœnia, ob id au-  
gusta dicta. Romane ergo de rebus Græcis loquitur. vt  
ne addam, quod ſtēkēνov ἄτυ pouuit indicare. Nam Mi-  
nerua cum Neptuno condidit.

**27 FVNERA Cecropiae nefunera]** Ita iunctim legendum.

Græci quibus licet esse tam disertis, possunt uno verbo cōtraria duo ponere. γάνος ἀγανός. Latini voluerunt exprimere, ut ille poeta apud Ciceronem qui dixit, *innuptis nuptiis*. Aliquando non possunt, ut hic *funera nefunera*, τάφος ἀτάφος. Sic aliquando Græci penuria laborant, ut Sophocles dixit *μωιάρα & μωιάρα*. Dio, cui nulla est imposta necessitas figurare loquendi, ita pene loquitur, ut quum dicit, Σὰ τὸν θεὸν σπαζέιν τὸ θυμοῖς. noluit enim dicere ἀνηγόροις, libro quadragesimoquinto, & libro quadragesimonoно, αἰνον τὸ διώξεως αὐτῷ. Asperum enim fuisse, ἀδοξίας, quamquam & sic nihilominus Græce loqui potuisset.

**P**A. 4. I P R O G I N V N T flumina myrtos] Repone αρχεῖσθαι ex veteri scriptura *myrtus*. Sic Virgilius in Culice: *Aerie platanus hæc minima, quæ magistelli vocant, tanti momenti sunt, ut sine illis ne seria quidem sèpenumero tristari possint. Exemplum esto in secundo Georgico.*

*Et steriles platani malos gessere valentes,*

**C**astaneæ fīgos -- Quid? Castaneæ inseritur *fagus* o me hominem vacui capit, si puto hæc ad agricolationem facere, nisi iterum ad chaonias glandes reuertamur. Legendum enim profecto: *Castaneas fagus*. Fagus enim pluraliter, ut hic *myrtus*, ut in Culice *platanus*.

**4 Q V A M** toto concepit pectore flammam.) Repone **Quam** tunctio concepit p. f. ex veteri libro.

**8 Q V A E Q V E** *Idalium frondosum*] Lego *frondosam*. Sic apud Ouidium *Ilion defensa*.

**14 A V T** mortem oppeteret *Theseus*] Ita magis placet, quam scriptura libri nostri expeteret. Pacuvius Niptris: *Prins quam opeto malam pestim hostili mandatam manu.*

**20 I L L A** *procul*] Totum hunc locum ex nostro libro ita legitio:

- illa procul radicibus exturbata

*Prona cadit, lateque & comminus obvia frangens.*

Quod autem ex *obvia* factum sit *omnia*, hoc debetur priscæ scripture. Nam sine vlo dubio scriptum fuerat, *omnia*. ex quo *omnia* confiatum. Hic enim fuit priscus scribēdi modus. Victorinus: *Ob autem mutatur in cognatas easdem, ut*

*offert, officit, & omninet, omnitute fit, & oppandit, operitur, & onuertit, onuius.*

22 *S I C domito seuum prostrans ] Noster liber, prosternit.*  
Ita solebat ex præsenti præteritum facere, ut olim in Vat-  
ronem docuimus. Sic atteruisse, discedisse, relinquisse.

23 *N E Q V I C Q V A M vanis iachantem cornua ventis] Apud*  
Ciceronem in epistolis ad Atticum legitur versiculus, qui  
neverbo quidem uno minus eandem sententiam concipit:

*πολλὰ μάτια νερόστοι εἰς οὐέτε δυμάνονται.*

24 *I N D E pedem viator) Repone ex scriptura veteri s.*  
*spes. vt etiam olim Aldus excudit.*

30 *V T consanguineæ complexum] Dissentit ab alijs. Nam*  
consanguineam illam, hoc est Phaedram auexit secum.

31 *Q V A E misera ignaro fleret desperita luctu] Non Ca-*  
tulli, sed correctorum hæc sunt. Vetus scriptura in nostro  
libro ita concepta fuit.

*Quæ misera ingrata..... desperita leta.*

Illud *L E T A* sine vlo dubio transpositum censeo. Nam *tela*  
legendum, verbum, quo illam lacunam explendum est,  
quod alius putem, quam *V I X I T*?

*Quæ misera ingrata vixit desperita tela. Quæ, inquit, sola-*  
ta est suum dolorem tela facienda. Hoc videatur, vt alia,  
imitatus Virgilius libro nono:-- *& tela curas solabat aniles.*

32 *T H E S E I preferret amorem] Liquida scriptura in no-*  
stro: *Omnibus aut dulci Thesei preceptavit amorem. Quam*  
qui mirauit quo flagro dignus non fuit? Attici dicunt  
*μεγη μᾶς θεού optare, αἰρεῖν. Sallustius Historia tertia: At-*  
*que eum Cepio laudatum, accensumque premiorum spe, quibus*  
*cum optauisset, ire iubet. Vide Nonius.*

Pag. 46, 2 *A V T vt eam dulci deuinatam lumina somno] Noster*  
codex non *dulci*, sed *tristi*. qua lectione prior est. Nam tri-  
stem somnum dicit, propter ea, quæ consequuta sunt. Non  
enim hic locum habet Homeris *νῦν δυμος υποσ*, neque vi-  
tut perpetuo epitheto.

5 *C L A R I S O N A S imo] Neque hoc γνώσθω puto. Nam*  
noster liber planam scripturam præfert, *C L A R I F I C A S.*  
hoc est simpliciter, claras, sic infra *Iustificā mentem, Iustam,*

9 *T O L L E N T E M tegmina sura.) Tegmina, cothurnos.*  
*Purpureo que alte suras pincire cothurno.*

A B D V.



12 ABDVCTAM perfide] Latinum sane, sed cur illis  
displacuit antiqua lectio, *abuectam*? que melior sane est, quia  
naui eam auexit. Sed ex prisca scriptura manauit error.  
Nam, *abuectam* scriptum fuit.

18 V E L L E T m̄yserſt̄ere ] Mirum constantem esse scri-  
pitram in calamo exaratis, M I T E S C E R E . Plane puto  
scriptum fuisse: *Immitē ut moſtri vellet mitēcere pectus. moſtri*  
*antique enūciatum pro moſtri. Moſtellaria, pro monſtel-*  
*laria. Moſtellū, monſtellum. Quis dubitat eleganſiſime*  
*dīctum moſtri pectus οὐτὸν ἀμορφον*. Propterea dixit,  
*mitēcere οὐσον δαχ, οὐδεωνέ δαχ.* monstrum enim θεος  
& feram belluam intelligit. Manifestum ergo commenti-  
tiam esse vulgatam lectionem. Ita autem conſtruendum,  
quasi dixisset, vt tuum pectus monſtri. Aufoniſt: *Anticipet-*  
*queſtum Samii lucumonis acumen*, vt a nobis olim emēdatum  
est. Acumen tuum lucumonis. M. Cato Ciceroni: *vt tuam*  
*virtutem cognitam in maximis rebus domi togati, armati foris.*  
Virtutem tuam togati dixit. Cicero L. Paulo cos. me conſu-  
le tuum ſtudium adolescentis perſpectiſſe. Quæ omnia dicta  
ſunt per ἐπιγραφa tui. ſtudium tui adolescentis. In Græcis mi-  
nus laboraremus. πώλ ουνδλω σοῦ μετέχειν. Hic ergo  
pectus monſtri, hoc eſt pectus tuum, qui monstrum eſt. Vix  
eſt, vt alteri ſcriperit Catullus.

19 A T non hæc quondam] Quia hæc, vt pleraque alia ab  
imperitis correctoribus interpolata ſunt, nihil periculi eſt  
veterem lectionem in suas ſedes reponere:

At non hæc quondam nobis promissa dedisti  
Voce, mihi non hoc miſere ſperare iubebas.

22 Q V AE cuncta aerii) Liber noſter. Quæ contra aerii.  
Pag. 47, 12 S E D quid ego ignarus) Lycophron:

πάνακρα τλύμενοι εἰς αὐνικός πέτρας,  
εἰς κύνια κεφάλαι, εἰς νάπαι δαστινπδεῖς  
βαλλο, κενὸν φάλλουτα μάστης κρόνον;

22 R E L I G A S S E T nauim.) Ligare funem, eſt επ' αἴκων  
φυγέα. Quod Græcorum poctarum more dīctum, qui  
id exprimunt per, πίγουατ' αἰδία, contra religare fu-  
nem, eſt ſoluere nauim, proficiſſi. Horatius: *Sine iactatam*  
*reliqarat vdo Litore nauim.*

c.j.

24. C O N S I L I V M , i n n o s t r i s q u e s i s s e t ) N o s t r , r e l i q u i s s e t , a l i j r e q u i s i s s e t . n o n e s t o b s c u r u m l e g e n d u m r e q u i s i s s e t .

N e c m a l u s h i c , c e l a n s d u l c i c r u d e l i a f o r m a

C o n s i l i a , i n n o s t r i s r e q u i s i s s e t f e d i b u s h o s p e s .

26. I D M O N E O S N E p e t a m ) Satis c o n s t a t h a c a m a l i s c o r r e c t o r i b u s a u c o r r u p t o r i b u s c o n t a m i n a t a e s t , a l i j s I d m e n o s , a l i j s I d m e n i s l e g e n t i b u s . A t s i p r i s c a m s c r i p t u r a m r e p o n a m u s , n i h i l e s t p r a t e r a q u o d d e s i d e r e m u s . E s t a u t e m c i u s m o d i

I s t h m o n e o s n e p e t a m m o n t i s . L e g e :

I s t h m o n , e o s n e p e t a m m o n t i s , a h g u r g i t e l a t o

D i s c e r n e s p o n t u m t r u c u l e n t u m v b i d i u d i t e q u o r ?

I s t h m o n n e p e t a m , i n q u i t , a n e o s m o n t e s , v b i e q u o r d i s c e r n e s d i u d i t p o n t u m t r u c u l e n t u m ? O b s c r o t c , c a n d i d e l e c t o r , q u i d e s t i n h a c l e c t i o n e , q u o d t c o f f e n d e r e p o s s i t ? m u l t i s u n t i s t h m i i n C r e t a , q u o r u m m e m i n i t S t r a b o . Q u e m i n a m h a b u e r i t i n a n m o C a t u l l u s , q u o m h a c s c r i b e r e t , t u u m e s t q u a r e r e , & i n u n i e s a p u d S t r a b o n e m , q u i n o n v n i u s i s h m o n i n C r e t a m e n t i o n e f a c i t .

31. Q V I N E f u g i t l e n t o s ) I l l u d L E N T O S c o n f o r m a t u m e x p r i s c a s c r i p t u r a v e t i t o s . Q u o d f o r t a s f e n o n m a l e e x c o g i t a t u m . V i r g i l i u s : - r e m u s l e n t a n d u s i n r u d a .

Pag. 49, II F E R R V G I N E h i b e r a ] G l o s s æ : F e r r u g o , μ ορφία  
μέλανα.

13. A C s e d e s d e f e n d e r e s u e t a a n n u e r i t ] E x v e t e r i s c r i p t u r a l e g e :

Q u e n o s t r u m g e n u s a c s e d e s d e f e n d e r e f r e t i s A n n u i t .

21. Q V M t e r e d u c e m f o r s p r o s p e r a s i s t e r ] H a u d d i u e s t , q u u m h a c a d u l t e r i n a l e c t i o i n a l i e n a s f e d e s i n r e p s i t . N a m & v e t u s s c r i p t u r a , & a n t i q u i t u s e m i s s æ e d i t i o n e s n o n s o r s , s e d a e t a s h a b e b a n t . Q u a r e i l l u d r e t i n e . V i r g i l i u s o c t a u o Æ n e i d o s :

A d t u l i t a t n o b i s a l i q u a n d o o p t a n t i b u s a t a s

A u x i l i u m , a d u e n t u m q u e D e i -

Pag. 50, I Q V A E t u m p r o s p e c t a n s ] E t h i c q u o q u e g r a s s a t o r e s i s t i a c i n s e l l o r e s b o n o r u a c t o r u m a u d a c i a e s u x a c t e m e t a t i s v e s t i g i a r e l i q u e r u n t . N a m b e n e h a b e t v e u s : Q u e t a m e n a d s p e c t a n s E s t i d e m c u m i l l o , q u o d s u p e r i u s n o t a u i m u s : T a r d e t i n g e n u n s p u d o r s .

*Quae tamen magis audiens*

*Flet, quod ire necesse sit.*

9 PARSE diuīsō raptabant] Ita habet noster, non iabant.

12 ORGIA que fūstra] Apuleius Apologeticus: Vel rnius  
Liberi patris symmīste, qui adfīs, scitis quid domi conditum cele-  
tū, & absque omnibus profanis tacite veneremini.

15 MVLTAQ rauicōnos] Omnis vetus scriptura MVL-  
T I. Fortasse verum est quod habent multæ editiones:  
Multi rauicōnū effabant cornua bombis. Porro eiusmodi  
pompa Bacchantium fere eodem modo ab Aeschylō &  
Isauriū desribitur. Σεμνὰ Κόπος ἐν τοῖς ἡδωνοῖς.

ὅργα δ' ὄργαν' οὐκέτι εὔχονται.

οὐδὲν ἐν χεροῖς

βείμηνας ἔχων Τορού κάματον,

δακτυλόδικτον πίμπηνος μέλος

μανίας ἐπαρωγὸν οὐ μοκκαί.

οὐδὲ χαλκοδροῖς καπνίαις οὐδὲτι

\* φαλαρίς δ' ἀλαλάζει.

παυροφθοροῖς δ'

τυμρυκώνταις ποδενὸς εἰς σφανοῖς

φοεροὶ μύμαι. πυπάνου δ' αἴρεις,

οὐδὲ τυπηρέον

βροντῆς φέρεται βαρυπαρεῖς.

17 TALIBVS amplifice] Haec tenus vestis illa descripta.  
Vestibus etiā toros geniales cōtegi solitos auctor Lucanus:

Legitimeque faces, gradibusque adclivis eburnis

Stat torus, & picto veste discriminat auro.

25 PROCEDUNT leuiterque sonant] Non leuiter hæc  
contaminata esse fidem fecerit ea, quæ in nostro libro  
extat, scriptura.

Procedunt, leni resonant plangore cachinni. Lege:

Prociduum leni resonant plangore cachinnum.

Error inde natus, quod E pro I more suo posuerat libra-  
tius in Gallicano exemplari. Scriperat enim Proceduum.  
vnde Procedunt formatum. Prociduum cachinnum pro-  
culdubio vocat sonorem, quem vnde ad litus procidentes

c. iij.

faciunt plangendo. Non enim cachinnus significat cri-  
spationem vndarum, sed sonitum illum, quem plangore  
vndae ad litus edunt. Attius Phinidis:

Ac ubi curuo litore latrans  
Vnda sub vndis labunda fuit,  
Simul & circum magnis onantibus  
Excita faxis seua sonando  
Crepitu clangente cachinnat.

Quæ dierim menem Catulli interpretantur. Cachinna-  
re in vndis Græci καρχάλιν, καρχαλίν, καρχάλιν dicunt.  
Euripides Hippolyto.

πέντε καρχαλίων ποντίῳ φυσικαν.

27 P V R P V R E A Q (procul nantes a luce refugent) αρδού-  
σαντι.

P. 51, 7 N E R E I D V M linquens claris Cōspurcata hæc sunt ab  
illis bonorum auctorum carnificibus. Nam si doctrinam  
nullam nobis præstare possunt, saltem pudorem aliquem  
ab illis hic exigere nostro iure possumus. Nullus liber ma-  
nu scriptus, nulla editio antiquitus emissa extat, quæ non  
habeat Minaslin linquens doris. Parus dictu labes, sed non  
parui momenti. Legendum enim:

Minaslin linquens doris celebranda choreis.

Minaslin archaica scriptura, & Græca declinatio, μυριδαν.  
Sic Propertius: ut notamus suo loco:

Grata domus nymphis humida Thyniaslin. Idem:

Non minor Aesonis est amor ab Dryaslin. Item:

Ah dolor ibat Hylas ibat Hamadryaslin.

Primam in Minyaslin produxit non aliter, quam poete alijs  
primam in Italia, Phylacides, & alijs. doras choræs quas  
vocer, non obscurum est. Alludit enim ad morem donca-  
rum puellarum, quæ in phænomenidibus saltabant. Idque  
Græci vocabant δωεξαλίν.

8 N O N vacuus, namque ille tulit ) Hæc non minore in-  
commodo ac illa superiora, accepta sunt. Vetus & scripto-  
rum & excusorum lectione: Nonacrios, namque ille tulit. Sed  
n̄ ille additum ad fulciendum versum. Itaque non difficilis  
est coniectura hæc inuestigandi. Deest igitur prima syllaba

in prima voce \* nonacrios. Lege vero : Cranona erisonamq[ue] tulit. Cranon est vrbis intra Tempe. auctor præter alios Stephanus. Erisonam pro Aerisonam prisco illo more scribendi. De fodiinis metallorum Thesaliae satis Plinius. Aerisonam vocat, propter metalla, quomodo eodem omnino locutus est modo Martialis : Et ferro Plateam suo sonantem. Id est Plateam aerisonam, in qua scilicet ferrum auræ fodetur. Totus vero egregius iste locus ita & legendus, & distinguendus:

*Confessim Peneos adleft. viridiania Tempe,  
Tempe, que siluae cingunt superimpudentes,  
Minyas in linquens doris celebranda choreis,  
Cranona erisonamque, tulit radicibus altas Fagos. --*

Sic quid super hoc loco viri docti conati sunt, sed frustra, ut apparet. Peneus igitur adfuit, linquens Tempe, & Cranona. Sic Græci λίπων τὸν πόλιν. Euripides Hecuba.

ἴκων ρεκτὸν καυθυδῶνα, ἢ σκόπου πόλας

λίπων, οὐ διηγέρεις φύσιτον θέαν.

Ennius ea ita circumlocutus est:

*Adsum, atque aduenio Acherunte vix via alta atque ardua  
Per speluncas saxeis structas asperis pendentibus  
Maximeis, ubi rigida constat crassa caligo inferum.*

Cranon autem feminino, quanuis Narbo Martius, Hippo regius dicatur. Sic supra, Sirmio renunta. Sic Silius dixit, regia Pleuron. Iuuenal is - quam Dorica sustinet Ancon. & in commune omnes vrbes feminino genere efferunt. Quidius:

*Tum quum tristis erat, defensa est Ilion armis. Item:  
Sed mihi quid prodest vestris dissecta lacertis Ilion? -  
Vbi vulgo Ilios supponunt.*

*IO LENT A Q V E sōrōre flammati phaethontis) Vetus lectio  
- letaque sōrōre. Lege, letaque sōrōre. Nota fabula de He-  
liadum lacrimis.*

*20 V N I G E N A M Q. simul cultricem montibus id. Vetus  
scriptura : montibus idri. veteri more scriptum idri pro hy-  
dri, hoc est serpentis Pythonis. montes hydri sunt delphici  
montes propter Pythonem serpentem ibi ab Apolline  
lagittis confixum. Quod autem hic ait Phœbūm cum*

c. iii.

Diana mansisse solos, neque Pelei nuptijs interfuisse, falsum conuincit Aeschylus, apud quem Theris ita de Phœbo conqueritur:

- ταῦ δ' ἐμαὶ βύπαγδίας,  
Νόσων τὸ πτυροεἶδε μακριώνος βίου,  
Σύμπαντά τ' εἴπων, θεοφιλέτες εμαὶ τούχα  
Γαιῶν ἐπιφύματος βύθυμῶν ἐμέ.  
Καχὺ πτολεμαῖον θεῖον ἀψινδές σύνα  
Ηλπίον ἔη, μανπάν βούν τέχην.  
Ο δ' αὐτὸς ὑμῶν, αὐτὸς ἐν Σοινῇ παρὼν,  
Δυνάς ταῦ δ' εἰπὼν, αὐτὸς ὅσην ὁ κτενῶν  
Τὸν πᾶν δα τὸν ἐμόν.

28 CANDIDA purpurea talos) Apponam priscam lectio[n]em: *Candida purpurea Tyrios extinxerat ora*. Admonui iam non semel, hic T pro C, & contra muratum esse. Quare & hic quoque pro *extinxerat* legendum *excinxerat*. Candida vestis purpurea ora Tyrios excinxerat hoc est spoliarat Tyrios institores. Hæc vestis a Tyrijs profecta erat. Supra docui Sindonem Tyriam hoc vocari. oram illam purpuream interpretare instram: quæ propria matronarum erat. Instita, ut veteres magistri interpretantur, est περιπόδιοι, περιπόδιλοι. excingere aliquam aliqua re Latinum est. Silius libro decimoquinto

- apparent mania Graio

Conditæ Massiliae populis excinctæ superbis,  
Barbarus immanni qua territat accola ritu.

In veteribus libris pro *vestis* legebatur *queruscus*. quod nos olim licet mendosum enarrare comati sumus. Id si cui placet, per me quidem sequatur licet. Hæc tamen vera est lectio, quam nunc publicamus.

Pag. 52, 10 CARMINE perfidie) Ita docti viri emendarunt ex antiqua scriptura illa, carmine, perflabat. Id accidit, quod in Langobardicis literis nulla est omnino inter I & L differentia. item diphthongus diuissim legitur in veteribus libris ae, oe &c.

post 21 v. N V L L A domus tales) Tres hi versiculi ut adulterini neq; in nostro libro & quibusdā antiquis editionibus adscripti, a nobis rejiciuntur. Et sane si quis proprius specter,

eos superfluos iudicabit. Suspicio esse Marulli, aut similis frontis. Nam putarunt abruptum nimis esse, a nuptijs ad liberorum mentionem descendere. In quo decipit eos acutum suum iudicium.

Pag. 53, 2 Q V M tremulo in canos) Interpolatitia lectio. Vetus est, *Quum cinerem canos. Lege, Quum cineri incanos.* Nam e pro i, vt in alijs, positum erat, nisi, quod verisimilius, *cineri pro cineri scriptum fuit.*

5 P R O S T E R N E N S messor aristas] Hæc mutarunt, quibus ad saporem verustatis palatum obrutuerat, nam diserte vetus scriptura ita concepta est: *Nanque velut densas precernens cultor aristas. Cultor est agricola, colonus, p recernens, quod toties apud Homerum ονομασθει. Refe renda igitur hæc ad priscorum morem, quem seruabant in metendo. Nam pro nationum diuersitate diuersi & metendi hodieque sunt modi.*

II Q V O I V S iter cæsis angustans) Attius epinausimache:  
En Scamandriam vndam sanctam salso obtexi sanguine,  
Atque aceruos alta in amni corpore expleui hostico.

Manifesto sunt ipsius Achillis verba.

20 M A D E F I E N T cede sepulchra] Madefient recte ex Madefient, quod in veteri scriptura erat, fecerunt docti viri, neque ullum negotium fuit hoc diuinare.

Pag. 54, 2 F E L I C I A Pelei carmina] Pelei τῷ πηλῷ. Virgilius:  
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo. τῷ ὄρφει.

3 C E C I N E R V N T peclore Paræ] Noster Omine, non peclore. & ita legatur omnino necesse est. Nam hic intelligitur de omnibus, quæ in nuptijs captabantur. An non ea sunt vera omnia, quæ Paræ cecinerunt? Sed quid argutatur? Canere diuino omne est plane θεωρία, θεωρία. Diuino omne cecinerunt, εμπατέουται.

5 S A E P I V S & se] Prodigiosa lectio vetus, Nereus ut se mortali ostendere catu. Ego quid pro illa, quod verum sit, substituam, non habeo. Fortasse nullum est mendum, & constat lectio. Sæpius, inquit, calicola solebant inuisere castas domos, vt ecce Nereus, qui se ostendit mortali certui ob nuptias Thetidis filiæ.

7 T E M P L O in fulgente reuisenjs] Archaica locuio. vt c. iiiij.

Reuiso domi. Reuiso ad eum.

9 C O N S P E X I T terra centum] Inepte pro Centum quædam editiones habebant cretum. Virgilianum illud eos satis refellit,

*Centum quadrigulos agitabo ad flumina currus.*

15 A R M A T A S hominum est] Nam Nemesis, seu Rhamnusia Dea victoriae, & trophæorum. Aufonius in Epigrammate, quod vertit ex Græco de Nemesi.

23 D I V O S scelerare penates] Non penates, sed parentes habet liber noster. Recte. πατέρων τεοῖς parentes deos vertit. & ita postulat sententia. Nam quum scelus hoc cum priuigno commiserit, quid aliud quam in paternos Deos impiauit se? Patri enim ipsi iniuriam facit. Parentes igitur Dei, πατέρωι θυντηρεσ.

32 N E C potis est dulcis musarum] Non displicet, quod in ora libri nostri eadem manu notatum est: Nec potis est harum dulcis, imo verum esse putamus. Neque enim bis idem repeteret, Latinum est. Nam quum dixit virgines pro Musis, quare Musarum iterum meminit, nisi δις των ειπιν vult, quod est in proverbio Græcorum?

Pag. 55, 5 O B T E R I T ex oculis) Græciflat. obterit, αμαδύει, αφανίζει.

6 A D L O Q V A R) Expunxit hunc versiculum. Si quis id queritur iniuria factum, habet lacunam in nostro libro, quacum de eo expostulet.

9 C A R M I N A morte canam) Veteres editiones legam. Eius extant in nostro vestigia. Legitur enim, tegam.

II F A T A gemens Ituli) Ἰτυς, ἵτυλος, ἐρως, ἐρωτύλος. Sed reclamat vetus scriptura - absunt fata gemens Prothei. Prothoum ego Tentredonis filium ex Homero, & Lycophrone scio, nullum præterea scio.

13 H A E C expressa) Vetus liber excerpta, ab eo Eclogæ dictæ.

28 D V L C I S amor gyro) Ita docti viri ex Gouero aut gyro uodero. Nam & illud correptum ex goero. Goerus est Gyras. Aufonius:

*Octo & octoginta goeris, & super trihoriō. Idem, additis ad hos priores goeros geminis orbibus.*

A Idem doctissimus poeta dixit Coecum pro cubo, vt olim in nostris Aulonianis lectionibus notauiimus. Gyrus autem est flexus metæ. vt - Interiore diem gyro rapit. hoc est si nisteriore flexu. Spatiuum Lunæ & solis non mirabitur, qui scit eis bigas, & quadrigas adtribui.

Pag. 56, I NOVIS auctus Hymeneis] Repone - novo auctus hymeneo. Hoc facimus auctore vetere scriptura.

S ANNE parentum) Elegiam quidem Callimachi in comam Berenices non habemus. sed extat similis locus ex eius dactylicis:

ἀποίς ἀκταίκλεισος  
τὸν οἱ φασὶ πενότες  
θύναις ὁρισμοῖς  
ἔχθησην ὀρέθρῳ.

Plane ipsissima est sententia.

17 S ANNE bonum oblitera es ) Ex vestigijs priscæ scripturae colligimus ita Catullum scripsisse: Anne bonum oblitera's facinus, quod regium adept'a's coniungum? Sic apud Ciceronem in epistolis: immunita'st, appellanda'st, nulla'st, vt obliteruat doctissimus P. Victorius.

18 Q V O D non fortior auxit alis) Lege - quod non fortior aut sit alis? Anne oblitera es, & quod nupsisti Regi, & quod nemo te fortior sit? Historia huius rei extat apud Hygnum, quare magnanimam vocet eam.

23 A T que ibi pro cunctis) Ita concinnandus locus:

At que ibi, prob, cunctis pro dulci coniuge Diuīs

Non sine taurino sanguine pollicta es,

Si redditum tetulisset is, aut in tempore longo

Captam Asiam Aegypti finibus adiiceret?

Pag. 57, I Q V E M maxima in oris] Scriptura plane characteris Langobardici: A pro V, & contra. Nam maxim' in oris scribendum erat, sed, vt iam dixi, in eo charactere nihil inter se differunt hæ literæ duæ. Quem, inquit, Atho maximum in oris Phthiaæ progenies clara superuehitur. Progeniem claram dixit Macedones adulans Ptolemaeo propter Alexandrum, & eius successores Ptolemaeos.

3 Q V M medi irrupere) Correctores antiqua lectione offensi, eā mutarunt, quæ erat, Quam Medi properare nouum

mare. Infinitius modus pro definito tempore. creberri. A  
mum apud Sallustium. Quum, inquit, Medi properabant  
nouum mare. In octauo Æneidos:

Interea quum iam stabulis saturata moueret.  
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet,  
Dicasu mugire boves, atque omne querelis  
Impleri nemus, & colles clamore relinqui:

Hic impleri, & relinqui eodem tempore censeri debent, quo  
moueret, & pararet. quanquam scio vulgus Grammatico-  
rum eum locum aliter accipere. vbi sane plane Gramma-  
tici sunt, hoc est  $\alpha\kappa\alpha\vartheta\lambda\omega\gamma\pi$ . At Virgilus dixit, quum im-  
pleri, quum relinqui codem modo, quo hic dictum, quum  
properare. Vide quam male hunc politissimum poetam ha-  
buerunt sciolisti. Properare mare, ut Horatius properare  
api coronas. Virgilus:

Et quanuis igni exiguo propera: maderent.

5 Q V I D facient crines ) Virgilius pene ad verbum:  
Quid facient domini, audent quum talia fures?

6 I U P P I T E R , vt chalybon ] Ingeniose quidem Politia-  
nus ex Greco Callimachi restituit. sed quam vere, haud  
dum scio: quum editiones, quæ ante hanc emendationem  
Politiani emissæ sunt, constanter habeant, cēlicum, quod  
& Grammatici eius saceruli testantur in manuscriptis etiam  
extare, nam vnde hanc corruptam vocem hausilser formis excusi, nisi ex scripta lectione? Certe in nostro liquide  
scriptum fuit, telitum. Sed iam toties monuimus in his  
exemplaribus manuscriptis C, pro T, & contra scriptum  
fuisse. Itaque, & illud Celicum nostro quoque exemplari  
confirmari potest. Quanquam ex telitum, telorum fecit  
Parthenius. Certe Chalybon non scriptis Catullus, quare  
quia nimium quantum discedit a vestigijs priscæ lectio-  
nis. Quid ergo? Puto, ut ingenue fatetur, Catullum  $\tau\dot{\iota}\chi-$   
 $\lambda\omega\acute{\epsilon}\omega$  in Greco poeta non pro natione, sed pro ipso ferro  
accepisse. Nam chalybs passim apud Græcos etiam  $\tau\dot{\iota}\chi-$   
 $\mu\varphi\mu\alpha$ , acies ferri. Itaque vnam syllabam desiderari puto:

Iuppiter, vt sicelicum omne genus pereat.  
Nam prima syllaba s i, extrita erat, ut in illo huius poe-  
matij versiculo:

Sanguinis expertem non veris esse tuam me.  
Deest haud dubie prima syllaba s i. non siueris. Sicelices, aut  
Sicilices, cultra tonsoria vocat. Sicilire est cädere. Sicili-  
ces sunt quas in fibyinis, aut lanceis, aut venabulis, αἰχματι  
Graci vocant. Ennius:

Inedit veles volgo sicelicib' lati.

Vide quæ ad Festum eo loco notauimus. Sane sequentia  
manifesto docent Catullum τὸ χαλύβεων non pro natione  
acepsisse, sed pro chalybe ipso. Alter enim accipit ac Cal-  
limachus scripsit. Quum enim scribit, Et qui principios sub  
terra, &c. vertens ex illo,

- χαλύβεων ὡς ἀπόλοιτο γῆρας

πλάσθεν αἰτέλλοντα κακὸν φύλον οἵ μν ἐφηταί.  
ostendit se aliter legisse, ac citatum inuenimus. nempe,  
πλάσθεν αἰτέλλον τε κακὸν φύλον οἵ μν ἐφηταί. & μν τὸν χα-  
λύβα interpetatur, quum Callimachus τῷ ferro referat.  
·quum ferro talia cedant, vt si scripsisset:

καὶ οὐ κόμαι πέριζα, ἐπὶ τάδε εἴκασε χαλκός;

Ζῆν πατέρ, ως χαλύβεων ταῦτα ἀπόλοιτο γῆρας

πλάσθεν αἰτέλλοντα κακὸν φύλον οἵ μν ἐφηταί.

μὴ hoc est τὸν χαλκόν, seu πίθηρον, quod antea dixerat.

9 A B I V N C T A E] Noster liber Abruptæ. Nimirum hæc  
bona lectio ac sincera minutulis magistris displicuit. qua-  
re, nescio. Sententia enim plana.

II V N I G E N A] vnigenas fratres & sorores vocat Ca-  
tillus. Sic supra Dianam Phœbi vnigenam dixit. Ergo  
Memnonis vnigena Pegasus, quia Aurora filius. Sane Pe-  
gasum ab Aurora dono Ioni datum scribunt Græcorum  
commentarij. Lycophron autem, & alatum Pegasum, &  
co uchi Auroram scribit:

ἥτε μὴν αἴπις δρῦε φυῖου πάγος

κραγηνοῖς καρποῖ το πηγάσου περοῖς.

Quare igitur alitem & pinnatum facit, haud incomper-  
tum est.

II C H L O R I D O S ales equus.] Antiqua scriptura in no-  
stro libro, alis equos. Ales, vt germin, rumin, pro ales, ger-  
men, rumen, vt olim in libros rerū rusticarum notauimus.

*equos, ut supra maritos pro maritus.* Arsinoen pro Venere  
Zephyritide cultam ex Callimacho ante hos quindecim  
plus minus annos admodum adolescentes notaueramus.  
Postremus & illos versus Callimachi adducere ex Athe-  
næo, nisi iam eos Turnebus librissis Aduersariorum in-  
seruisset. Chloris & Zephyritis *owōvūμε* sunt.

13 *M B tollens aduolat oras*] Noster codex, *umbrae*, non  
*auras*. Quod meo periculo reponas licet. Nam noctu ra-  
pta fuit ea coma. Itaque mane in templo non comparuit.  
umbrae ergo noctem dixit. Hoc plane pertinet ad histo-  
riam. quod tamen audaces homines, quum minime intel-  
ligerent peruerterunt.

15 *IPSA siuum zephyritis*] Quemadmodum Arsinoe pro  
Venere celebatur, ita ex his colligimus equum, quem in  
delitijs habuit, Pegasij nomine appellari, tanquam, & ipse  
inter astra collocatus esset. vnde famulum ipsius vocat.  
Sane a studio equorum *ιππία* vocata fuit Arsinoe. Auctor  
Hesychius in Glossis.

16 *GRATA canopis*] Omnia luxata, peruersa, contami-  
nata sunt ab inceptis paedagogis, qui insigni aliqua temeri-  
tate plus sibi gloriae apud homines sui similes pariunt,  
quam viri docti ex aliqua egregia emendatione. Tanta  
penuria est hominum, qui in istis literis aliquid videre  
possunt. Ego aio atque iterum aio Catulum ita scripsi:

*Gnata Canopiis incola litoribus*

Ludit vbi. -- *Canopijs est κανωπεῖος*. vt Alexan-  
dria ex Græco ἀνεζησθεῖα. Antiochia, ἀντοχεῖα. Præsa le-  
ctio fuerat *Canopicis*, nempe proper similitudinem hic C, pro E positum fuerat. Nam antiquo illo more scriptum  
fuit *Canopieis*. vt supra ludei, lucei. Hæc perpetua erat in I  
longo veterum illorum orthographia. Illud, *Ludit vbi*, ex  
perturbatis vestigijs scripturæ, quæ in nostro libro est,  
odorati sumus. Quæ sunt omnia γῆνα Catuli, & elegan-  
tissima. Zephyritis Arsinoe, inquit, eo miserat famulum  
suum Pegasmum. Quo? nempe vbi Gnata Berenice ludere  
cum alijs æqualibus solet. Nam Berenice, vt & pueri scūt,  
Arsinoes filia. *Grata* pro *gnata* etiam in exemplari Galli-  
cano potuit exaratum fuisse, vt apud Plautum in Trucu-

lento, E *regrata* scriptum extabat, & editum est, pro, E *regrata*, quod alijs est, E *re nata*. Quantum autem hæc antea deformata erant? Quam male isti hominēs meriti sunt de politissimo poeta, quem tot vibicibus pene stigmatiam fecerant?

17 VARIO ne solum limite celi ] Hæc quoque Catullia-na non sunt, sed corundem hominum commenta. Noster liber habet.

- vario ne solum in limine celi

*Aut Ariadneis aurea temporibus*

*Fixa corona foret --*

Quæ proba lectio est, modo pro *limine legas lumine*. lu-men cæli est cælum ipsum ~~αεροεξινῶς~~. Iunenalis:

*Nil preter nubes, & celi lumen adorant.*

Sed ibi vulgo legebatur *numen*, ut supra eodem errore, - *alesi lumine vidit*, perperam *numine & scriptum* in no-stro extat, & vulgo editum est. Cælesti lumen, & cæli lu-men, hoc est cælum.

18 EX X Ariadneis ] Ostendimus iam scriptum esse, Aut Ariadneis - quod probum, & verum est. Ne solum, inquit, corona in cælo, aut in capite Ariadnæ fixa eslet. Nam alij coronam simplicem in cælo ponunt, ut maior pars Astro-nomon. alij ipsam Ariadnam in cælo collocant, ut quidam mythologi. Propertius:

*Te quoque enim non esse rudem testatur in astris*

*Lycibus in celum recta Ariadna tuis.*

11 VVIDVLAM a fletu ) Et hic ore correctorum Ca-tullus loquitur. Nam vetus scriptura longe alter habet: *Vividulum a fletu*. Sed profecto Gallicanus codex habui-sse videtur a fletu. unde factum *fletu*. Nam qui *a fletu* le-gunt, ut haber melior pars editionum, videntur secuti il-lam lectionem, *a fletu*. quæ proxime a vero abest. nam & pro *a* positum, imo *u* & *a*, eadem sunt in Langobardicis characteribus. Legemus ergo, *a flatu*: &, ne solleculsum committamus, *Vividulo a flatu*. Vividulum flatum, vocat, quam Græci poetæ ~~αεροεξινῶς~~ οντιν. Nam sublatus fuerat in celum Bostrychus Berenices. Itaque his verbis inquit se-vento secundo sublatum in auras. Qui dubitat hanc no-stram emendationem veram esse, cum ego iubeo ~~απει~~

λύχνον ἐν μετρούσείς· non quod ita iudicio nostrō confidimus: sed quia ut nolumus aduersus animi nostri sententiam verum oppugnare, οὐκούτοι τῇ ἀγνοείᾳ παρέν, sic aduersus ineptorum magistellorum audaciam illud uecti nullum prorsus periculum esse puto.

24 CALLISTO iuncta lycanis] Qui hæc mutarunt, vellet mihi dicerent qua fiducia id fecerint, an quod ullam analogiam sua correctione restitutam putent? minime, neque enim efficient vñquam, vt Callisto tertio casu dictum fuerit. Dixisse saltem Callistoe, nempe, *καλλιστη*. Noster liber minimum abest a vero. Legit enim: *Καλλιστη ινστα Λυκαιονια*. Si literulam addas, vt pro *Lycania* legas *Lycanida*, veram, vt puto, & germanam lectionem erueris. Iusta veteres pronunciabāt, pro quo nescio quo fato, iusta nunc dicimus. eodem modo mixta librarij nobis transmisserunt pro *mista*: *Vlyxes* pro *Vlysses*. Infra:

M. habet iusta triginta iugera prati.

27 SED quanquam me nocte premūt vestigia diuum) Aratus  
- Seal i'zad ποστοὶ πορέται.

Pag. 58, 3 Q V I C U M ego, dum virgo] Noster, Q v o m v i r -  
c o. Expers autem dictum eodem modo, quo Defrensi, Defrensis. Sic expers expersis. sic præflex, præfisis. & Sallustius præcis præfisis. sic Græci Στράτων pro præcipiti, vt præcise locum Sallustius. vt Græci a futuro hac nomina formant, sic Latini a supino. Græci enim, οἰσπόπλευ, ηαπόλευ, οἵπτεζ, αἴραιψ, & similia. Expers ergo, expersis, idem quod expersus, verbum est Expergo. οἴσπερν.

5 N V N C vos optato quas] Correctores, si literas species, quæ paucæ numero sunt, leuiter hæc mutarunt: si sententiam, non leuiter peccarunt. Ita enim ex nostro libro legendum:

At vos, optato que iunxit lumine teda,

Non post vñanimis corpora coningibus.

O vos, inquit, quæ diu quidem desideratis viris copulatae estis, sed quibus postea vobiscum non bene conuenit. Vos, quæ speratis quidem vestris tandem nupsitis, sed ita, vt inito matrimonio, non bene inter vos congruat. Manifesto huic comæ iuber rem diuinam facere matronas ca-

fas, que male concordes viros sibi cupide restitui volebant, quod mox ex sequentibus appetet. Tamen, quum haec correctores non animaduerterent omnia haec perverterunt. Huius autem temeritatis signifer fuit Auantius.

8 Q U A M iucunda ] lege, Qua.

9 C A S T O colitis que iura cubili ] En cacoethes correctorum. Nam ut paucularum literarum leuisima immutatione grauiter commiserant, ira hic vnius verbi depravatione quam alienam a mente poetæ sententiam effecerunt? Legendum enim plane ex nostro libro non *colitis*, sed *petitis*. Vester, inquam, onyx, qua peritis iura maritorum vestrorum, integro pudicitia nomine. Quæ, inquit, petitis restitui vos viris vestris, modo constet pudicitia fama. Imo : Quæ vultis, ut mariti ius suum pudori conseruent. Recte. Virgilius:

*A me, pudor quam te violens, aut tua iura resoluam.*

II I L L I V S aura ) Repone antiquam lectionem:

*Illiñ ah mala dona leuis bibat irrita poluis.*

17 N O N rotis esse tuam me ] Vetus lectionis, *veris*, aut *re-*  
*sis* præfert. Si *veris*, deest prima syllaba, ut supra dixi. Sin,  
quod *verius* est, *restris*: profecto inuersum est pro *sueris*.  
Ita distingue, & lege.

*Tu vero, Regina, tuens quum sidera, Diuam*

*Placabis festis luminibus Venerem,*

*Sanguinis expertem non sueris efftuam me,*

*Sed potius largis adfice muneribus.*

Si quis hic interpretationem querit, ego eum ad primos magistros redire censeo, ut qui non intelligat, quæ vix primi literis tinctū ignorare nefas esset arbitror. Male enim hactenus interpretati quidam sunt nescio quam venerem sanguinis expertem: quum hoc voluerit Veronensis nostras, o Berenice, quum Hecatomba facies Arsinœ Veneti, ne me immunem eius sacrificij facias: ne postremam me in illo epulo memoraueris.

18 S E D potius largis effice ] Illud Effice Pontani est, vt  
rō rotis, quod superius suppositum erat. At recte noster,  
adfice, noli me immunem tanti epuli relinquere, sed potius largis muneribus adfice. Si veterem lectionem recte  
perpendisset Pontanus, non minorcm gloriam Criticus,

quam poeta consequitus esset.

20 PROXIMVS hydrochoi fulgeret oarion ] Et scripta membrana , & veteres editiones hanc lectionem testantur. Qui Erigonem & Arcturum hic suposuerunt, dum bonos Astrologos se profitentur, profecto malos Criticos se prodiderunt. Non enim hic de thesi illius astri sermo est, sed aliud vult poeta : nempe , quum fulgidum astrum sit ipsa coma ( quod poetica  $\omega\zeta\nu\sigma$  intelligitur dictum , quum reuera sint  $\alpha\mu\delta\sigma\omega\delta\tau\epsilon\pi\epsilon\zeta$  ) & velle reperere caput Reginæ testetur , mandat Orioni astro fulgentissimo, ut pro se lucere velit. Et sane Autienus ponit Orionem omnium astrorum lucidissimum. Simplicissimus ergo sensus huius loci, quem non sine magnæ temeritatis conscientia correctores contaminariunt. Sed omnium maxime ridiculus Marullus , qui quum nullum aut admodum exiguum sensum harum literarum haberet, ridet Politianum virum non solum se maiorem , sed & cum nullo nostra ætatis comparandum , qui non hæc commentis est, sed veterem lectionem , quam a magistellis depravata videt, ab illorum audacia vindicare conabatur. & sane omnes vetustissimæ editiones, ut dixi, & quantum scriptorum exemplarium extat, non aliter habent. At Græculus ille putauit sibi licere in bonis auctoribus , quod ipse sibi in suis versibus voluit licere. Ausus est præterea annotationem doctissimi Politiani ineptissimo epigrammate exagitate. Sane quibus ille vir tantus videtur, tantique sit, debebant aliquid de pertinacia remittere, si eius editionem Lucretianam diligenter perpendarent. Nullus enim veterum auctorum ita male ab  $\psi\lambda$  correctorum acceptus est, ut Lucretius ab illo audace Græculo. At nos illum non imitabimur , & si qua extant eius ac similius correctorum in bonis libris temeritatis atque audaciæ vestigia, ea prorsus abolere, atque de medio bonorum scriptorum penitus obtere nobis consilium est. Quis autem huius ineptæ mutationis auctor fuerit, nondum compere posui: nisi fuerit Marullus ipse. Nam tum recenter, quum illa scribebat Politianus, locus ille mutatus fuit, quod ansam præbuit homini eruditissimo veterem lectionem asserendi , quam videbat ob oculos suos ita ab audaculisti befactari.

befactari. Rapidum quidem ingenium Marulli fuit, & torrens, sed quod versibus nunc bonis nunc malis ex tempore effutiendis potius, quam bonis auctoribus emanandis natum videtur.

cod. FVLGEAT Oration] Eiusdem, ctius & illa superiora, officinæ est verbum FVLGEAT. Bonum quidem ipsum, sed quod Catullus tamen nunc non usurpat. FVLGEAT enim posuit, vt præferunt scripti libri, & antiquæ ediciones. Fulgerare archaicum, vt Pignerare, temperare. Glossæ: Fulgero, & pœnitus.

27 POSTquam es proiecto] Vetus lectio, Porrecto. & recte, hoc est mortuo. Allusum ad gestum mortuorum. Homeris δέ τις κονίας ταύτης. Sophocles: γέρων μόρος θεατῶν. Martialis:

*Tu languore quidem subito, fit loque laboras,  
Sed mea porrexit portula, Paule, pedes.*

Hoc est mortua est. Horatius:

*Opima quod si preda mergos iuuerit  
Porrecta curvo litore.*

Vtrum autem es, an est legatur, id semper ad Ianuam refertur. Nam es refertur ad eam quidem vocandi casu. Est etiam tertia persona: ut illud antiqui poeta:

Danai, qui parent Atridis, quam primum arma sumite. Idem ac si dixisset Danai, qui parentis Atridis. Quare desinant Grammatici de verbo εστιν aut εστι controversiam mouere.

cod. FACTA marita] Marita, matrona, vel, si mauis, maritalis. Horatius carmine seculari: *Lege marita. Acro-Helenius: id est maritali, ut Plantus, apud quem Senex, Polidraba, inquit, eadepol pecunia est. Cui respondet alius. Quae quidem non marita est. pro eo quod est: Que quidem non est maritalis.* Quare autem maritam, aut maritalem ianuam vocat? Diximus apud Festum, Matronæ Romanæ, simulac in maritali manu conuenerant, lectum ante ianuam sibi in atrio sternebant, qui dicebatur aduersus lectus. Propertius:

*Sed tamen aduersum mutarit ianua lectum,*

*Sederit aut nostro cauta nouera toro.*

Asconius quoque eiusdem lecti meminit. Vide quæ ad Festum superiorib. annis notauimus. Vnde Matronæ dice-

fj.

bantur Ianitrices, praesertim duæ, quæ duobus fratribus in eandem domum innupserant. Lepide igitur dixit ad Ianuam, postquam es facta marita, quod non obscure intelligi potest ex Propertij loco iam a nobis producto. Videmus igitur vulgare pene id fuisse, vt maritam ianuam vocarent, quum dominus vxorem duxisset. Aperta ergo sententia Catulli. Postquam, inquit, sene elato nupta ducta est domum.

29. IN dominum, veterem] Liber scriptus: In dominum veterem, vt dominum sit genitiuus pluralis. Nam non uno domino functa erat.

Pag. 59, I V E R V M i s t i p o p u l o ] Iam satis constat commentarium esse hunc versiculum, & correctorum ingenio fabricatum. In nostro libro legitur:

Verum i s t i p o p u l i i a n u a q u i t e f a c i t . Legimus:

Verum i s t i p o p u l i n a e n i a , Q u i n t e , f a c i t .

Nainia, maista, & similia in illo peroptimo exemplari Gallicano scripta fuisse videntur, pro nænia, maesta. Nænia est aliquid dictum vulgare, vt illud, Sorex indicio suo perii. Plautus vocat Næniam in Bacchidibus:

Qua quidem te faciam, si tu me irritaueris,  
Confoxiorem sōricina nænia.

Horatius vocat puerorum næniam illum versiculum:

Rexeris, si reče faxis; si non faxis, non eris. Ita enim ait:  
Roscia dic sedes, melior lex, an puerorum  
Nænia, quæ regnum reče facientibus offert.

Ita omne vulgatum dictum vocabant næniam, nempe quod Græci οὔνομα. Hic ianua vocat næniam populi illud dictum in se, I A N U A C V L P A T V A E S T. I f i c ḥ ḡ ξ α γ κ ḡ  
Istius. Quinte, prænomen Catulli, vt disertum principio libri nostri exaratum est: Q. VALERI CATULLI AD COR. NEPOTEM LIBELLVS. Catullus enim hæc Veronæ ianuam interrogat, vt male interpretati sint, qui viatores hic interrogantes inducunt. Nam quanvis ianua responderet tanquam pluribus, quum dicit *vobis*, tamen vnum tantum alloqui constat, quum dicit, *Ne dubita*. Sed hæc puerilia, neq; in dubium reuocanda. Q y i t e igitur pro Quinte hic scriptum fuerat, quomodo supra in Endecasyllabis, Li-quantur pro Linquantur. Nihil, inquit, a me dictum aut

A factum quisquam dicere potest, nisi forte id nomen populi  
mefecisse dicat, & illi vulgari de me populi dicto fides ad-  
hibenda sit.

2 Q V I N q u a c u n q u e ) Liber , Q V I . Manifesto verum.  
Qui populus.

6 Q Y O D p o s s u m n e m o ] Liber : Quid possit. Lege, Quid  
possit. Quia dixerat, non potest dici a me quicquam fa-  
ctum, respondet Catullus, Quid possis nemo querit, nec  
quid a te commissum, aut non commissum sit. Neque  
enim satis est te vnioco verbo dicere, perperam haec vulgo  
in te dici.

9 N A M Q V E i l l a m v i r p r i o r ] Lege, non qui illam. Nam  
hic aliquando N A M P R O N O N & contra alternatum est.  
Quo pro qui fere semper habuit liber noster. quod ex Gal-  
licano exemplari manasse puto. in quo I longum semper  
per E I perscriptum fuit. Quo ergo scriptum fuerat. atti-  
gerit autem, non attigerat. ex eodem nostro libro. Non,  
inquit, qui illam vir prior attigisse dicatur.

10 L A N G V I D I O R ) Languidior beta prouerbium.  
Vnde apud Suetonium in Augusto betizare, ἀρνητὴ αὐτοῦ.

II A D t u n i c a m ] Vetus scriptura, Hanc tunicam. verum.  
nam demediū pro dimidiā dixit more solēni illius librarij,  
qui in Gallicano exemplari E, pro I, fere semper posue-  
rat. Facete δηλεκός dixit hanc tunicam, tanquam tunicam  
Catullo atrecter, quoniam haec dicit, ubi festiuæ est ianuæ  
αργονομοσία.

12 S E D p a t e r i p s i s ) Liber, illius. Tantundem est. Lege  
ille fuit.

16 N E C q u e r e n d u m a l i u n d e ) Scriptus liber Et queren-  
dum, geminandum autem vnde vnde. Ita loquitur Teren-  
tius Phormione.

19 M I N X E R I T ) Placer, quod adolescentes olim re-  
posuimus, imminixerit.

21 S V P P O S I T U M s p e c u l a ) Inuenierant librarij in Gal-  
licano, supposita. Legerant enim V pro A, ut saepc. quod  
iam non semel a nobis notatur.

23 B R I X I A Verone mator amata mea ] Ergo hoc Ve-  
f. ij.

ronæ agitur. Suspicor tamen legendum, *mater amata tue.* A  
alloquitur enim Catullum: matrem Veronæ vocat, quasi  
dicas μηδέποτε. Euripides Supplicibus: ἀμυνε πατέρα τοις  
ἀμυνε πατέρα σοι. *mater* hoc est αργα. & supra, ματέρος α-  
γαλμα φύσις οὐκέται.

*31 SOLAM consilis]* Lege, ut olim emendabamus, *sol-*  
*lam consilis*, hoc est ancillis. Horatius:  
-miseram se consicia clamet. Idem:  
Quo te demisit peccati consicia herilis. Ouidius:  
Consicia quum possit scriptas portare tabellas.

Idem paulo post:

- pro charta consicia tergum  
Prabeat, inque suo corpore verba ferat.

Porro ridicule prorsus scribit Adr. Turnebus, Gallorum  
doctissimus, hunc esse Cæciliū, cui Clodia nups erit. Hoc  
enim non Romæ, sed Veronæ manifesto actum scribit  
Catullus. Deinde nihil tale de Clodia narratur, ut confue-  
tudinem stupri nefandam cum patre suo habuerit. Hoc  
enim non tacuisse capitalis hostis eius fratris Clodij Ci-  
cero. Sed bonus vir maluit aliquam symbolam hoc con-  
ferre, quam dñe perte μηδίη, κεράντε ρέεσσι.

Pag. 60, 12 D E S E R T U M in lecto celi ) Male quidam au-  
daculi, in thalamo. quare illis lecto displicuit? Præterea si  
thalamo legeretur, legitimum torum acciperemus. nunc  
tantum de amatorio. quem sane thalamum non possis  
vocare.

26 F R A T E R N A mili mors absulit ) Vetus scriptura,  
Abſcidit.

Pag. 61, 15 Q V A Mallius in re iuuerit] Vetus scriptura: - quam  
falius in re Profecto legendum - qua' m' Alius in re. Syna-  
loephas his exemplaribus perscriptas esse iam supra nota-  
vimus, vt, Deuoluit ill' acuto. Oceanos' offendit. Alterum vero  
cognomen huic Manlio fuit Alius, vel Allius. Infra:

In deferto Ali nomine opus faciat. Item:

Pro multis, Ali, redditur officiis.

Quod a nemine haec tenus obseruatum. Sane ab Alliis Al-  
lieni dicti. quæ fuit familia Romæ. Alioqui quam inepte  
legebatur sine pronomine Me?

21 OMNIBVS inque locis ] Expunximus hunc versum, quod alius audaculi esse constet, puta Marulli, aut eo non modestioris. Sane illum liber noster non agnoscit. In nostro autem aliena manu non melior illo suppositus erat: *Muscoſe repetat rada remigis Acherontis,* vt appareat vulgatum hunc non admodum vetustum esse, sed profecto subole mihi aut Marulli, aut Pontani, aut Garini esse.

24 D E S E R T O in Manli.) In veteri scriptura: *In deserto*  
Ali. Iam dixi hoc esse alterum cognomen.

25 D V P L E X Amathusia) Amathusia scriptus liber. In  
Ciri quoque:

*Nam te iactari non est Amathusia nostri.*

Tam rufus -- quanquis aliter olim lensumus. Nam Amathusia, ut Acherusia, Rhamnusia.

28 LYMPH A Q. in Oeteis Manlia] Hic Turnebus Manlia a quodam Manlio, qui montes illos primus ascenderit, dictam affirmat. Qui doctissimus vir, praeter quam quod absurdum & absurdum profert, adeo illi difficile fuit emendationum editionum fidem sequi, in quibus non Manlia, sed Malia publicatum est? Nam Malia est μαλία. Callimachus: - καὶ κρέα μαλίδος αἴνει. Interpres Sophoclis μαλιές ἐθνος οἰσταντὸν παῖσιν πραγμάτος μαλία δὲ οἱ πόλις καλεῖται. & Sophocles ipse Philoclera.

*ωναύοντος ἐπεργαῖς*

*Θερμὰ λοῦπτα, καὶ πάροις*

*Οἴτης σεναγετανοτες,*

*Οἴτη μέσαν μαλίδες πάροιμαν.*

An dubium igitur quare Malia lympha dicta? Sophocles qui Attice loquebatur, μαλίδα dixit: Sed ipsi Trachinii, quiloquuntur Doricc, μαλίδα dicebant, unde μαλικός γέντος. Propterea prima longa. Auctor διάνοιας εἰς τελείην ad Nicomedem regem.

*ἀγρεῖς δὲ ἀπτὸς γνετ' ἀμφιπυνονή,*

*κόλπος δὲ κεῖται μαλιανὸς ἐν τῷ μαλῷ.*

26 E T in quo me corrierit] lege torruerit. Nam C pro T, ut sepe hic positum fuerat. *In quo genere torruerit, id est, quo-*

*f. iii.*

pro & tollo. Cicero Attico ; libro tertio : quod optimo genere facere non licuit. & libro primo de officijs eorum, quicum bella geras, tam molli genere appellare.

Pag. 62, 9 IS clausum lato) Lege ex codem libro, IS laxum lato.

17 INCEPTA frustra ] Recte doctissimus Turnebus, Inceptam frustra, καὶ δομέσθι μετεπένθι Homero.

18 HOSTIA celestis pacificasset ] verbum Pacificare quidam Marulliani, quod aut barbarum aut insolens & Catullo indignum putarent, fustulerunt, & conciliaret pro eo reposuerunt. Profecto de illis nihil aliud dicam, quam in dignos quibus respondeatur.

20 Q U O D temere iniuitis] Recte sane, sed viuis vocalae mutatio in nostro longe diuersum ac fortasse lepidorem sensum efficit. Legitur enim ibi non *Quod*, sed *Quam*. Quæ lectio totam de integro interpolat sententiam. Nihil, inquit, tam libenter sulcipere possunt homines, quam temere, si diis displiceat. Quæ rotundissima est Gnome. Qui hanc lectiōnē mutarunt, credibile est illos suam, non Catulli mentem spectasse.

21 Q V A M ieiuna piūm desideret ] In ora libri nostri altera lectio notatur *Desiceret*. Alij notant *Dixeret*. Latet hic aliquod portentum mendi. Mihi hac proprius rimanti in utraque lectiōne videtur egregia vestigia verae lectiōnis extare. Puto enim Catullum *desigeret* scripsisse, pro quo *dixereret* scriperunt, aut *desiceret*, C, pro G, ut *macis*, iuc, pro magis, iugi, pro quo *desiceret* supposuerunt. Ara dicitur apud poetas lugere sanguinem. Quin neglecta desijt lugere, tuac dicitur desuxisse. vt Deprælari Horatio, Decantare Ciceroni cōtraria omnino sunt simplicibus ipsis verbis. Et sane tempus imperfectum, quam præfens apius huic sermoni. Profecto elegantissime hoc, siquid aliud, a Catullo dictum videtur.

Pag. 63, 1 Q V AE nempe & nostro] Reclamat vetus lectio: Que vetet nostro. Lege, Que, ve, ter nostro, ve est *ḡetlaicay*. Mātua re misere, ve, te, proh, ah, *ḡetlaicay* sunt Catullo familiaria. ter miserabile copulanda sunt. Sed videndum, num magis e re fuerit, si legatur, ve te, vt *ḡetlaicay* referatur

A ad fratrem ipsum. Subiicitur enim : O misero frater adempte  
mibi, re te, o frater. Sic re me apud Senecam Apocolocyn-  
thos.

7 N O N i n t e r n o t a s e p u l c r a ] N O T A hoc est cognata, vt  
postea καὶ ἐπέζηνον interpretatur. Infra, Si tria notorum  
basis reppererit.

10 D E T I N E T a n o s t r o ] Detinet extremo. Vetus liber.  
non male etiam externo, vt sit oppositum τῷ n o t a s e p u l c r a .

22 A V S V S f a l s p a r e n s ] Vetus lectio, Audet. tempus pro  
tempore, in quo frequentissimus Properti⁹. Vno exem-  
pli contentus est:

*At tu vix primas extollens gurgite palmas*

*Sæpe meum nomen iam peritura vocas.*

hoc est vocabas.

28 Q u o d i u m d o m i n u m ] Ineptissima hæc lectio. Ita-  
que non Catulliana, sed correctorum. De Hercule est  
sermo, deinde isti docti homines de loue loquuntur. Hoc  
est ἄλλο φθόνος, ἄλλο δὲ φρενάρισμα. Sed sincera est antiqua  
scriptura: *Qui diuum dominum, diuum hoc est Herculem*  
ipsum. I nunc, & istas egregias correctorum editiones  
amplectere, & eorum fide bonos autores legito. Nihil  
enim hac lectione simplicius, vt qua ne interpretationem  
quidem desideret. Domitum Herculem dicit subisse iu-  
gum Eurysthei, cuius imperio illa barathra exauferit.

Pag. 64, 2 S V S C I T A T E & cano ] Vetus lectio: *Suscitat a ca-  
no volturium capite.* Hic more veteris scriptoris a, est ab.  
Capite, capite, quod toties monimus. Qui, inquit, in ma-  
gis diuitiis autis sublatius, & heres scriptus, gaudium  
mouet gentili deriso, quia si nepotem potest expungere,  
ipse, qui proximus est, iure agnationis in vacuum veniet.  
Itaque is est volturius capit⁹ cano, hoc est auo. Sed expli-  
canda sunt.

Q u i c u m d i u t i i s ] Legendum Q u i v M. Deest autem præ-  
positio in, qua fortasse reponenda est.

*Qui, quum in diuitiis vix tandem inuentus autis*

*Nomen testatas intulit in tabulas:*

*Inpia derisi gentilis gaudia tollens*

*Suscitat ab cano volturium capiti.*

Ita enim interpungenda sunt illa, quia male accipiuntur  
f. iiii.

vulgo. Intuentis ergo in diuitijs. Horatius:  
*Si cui præterea validus male filius in re  
 Praedicta sublatius aletur.*

**G R A E C U M** est, ὅπῃ μεγάλων χρημάτων περιφόρδος.

**G A U D I A** tollens ] In alium sensum, ac vulgus putat, Tollere gaudium dicitur. Nam eodem modo, quo tollere risum alicui, id est inducere ad ridendum, vel in risum, Sic Varro, dixit tollere alicui proverbiū, hoc est ansam dare, ut de aliquo efficeratur proverbiū. Hic vnicus suis heres dicitur proximo agnato gaudium tollere, quia ille imminet illius morti, ut ei succedat. Eodem modo dictum tollere gaudium, quo fuscitare Volturiū. canum caput, ut dixi, ipsum et auum vocat.

4 **S E V** quicquid dicitur improbus ) Vetus scriptura: que multo dicitur improbus. Recte.

6 **Q U A N T U M** præcipue] Repone ex eadē scriptura: *Quanquam*. Sententia tota hæc est. Tuus amor, inquit, altior fuit barathro illo. cui amori neque comparandus est amor avi in nepotulum vnicum: neque columbarium in compares suas, quæ omnium animalium amores lasciuia & procaciitate vincunt. Vnam excipio mulierem, quæ omniniim impotentissime amat. Sed tu omnes viciisti.

7 **S E D** tu harum magnos ) Subdititia hæc. noster codex,  
*Sed tu olim magnos. Graecanicum, olim magnos, τοις πάλαι μεγάλοις.*

12 **F U L G E B A T** crocina ] Quem nudum Cupidinem alij pingunt, cum in tunica proscribit Catullus imitatione Sapphus. Pollux libro decimo: *περὶ δέ φασι χλαυδίων σταύρων οὐ πάντας ἔρωτος εἰπούσσα, οὔτε δέ δραγῶν πορφυρᾶς ἔχοντα περὶ ἔμβυνον χλαυδίδε.*

20 **I N G R A T U M** tremuli ] Rara furta verecundæ heræ feremus, & reliqua tardia, præter patrem qui nostris amoribus infidibundus obseruet nos querulus, labris demissis, gemens. Reliqua ferre possum. hoc vnum excipe. Molestum igitur senem, qui amoribus filiæ importunus interuenit, ingratum onus vocat. Hæc est vera huius loci sententia. Sequitur enim

- - *dextra deducta paterna.*

<sup>A</sup> 23 SED furtiva dedit nigra] Vetus lec<sup>tio</sup>, MIRA, non NIGRA.

25 si nobis id datur vnis) ὑποθέσει hæc lectio. Vetus scriptura vnis, non vnis. & is, non id. Lege: si nobis id datur imus. Sequitur: Quo lapide illa dies candidiore notat. Lege: Quare illud satis est, si nobis id datur imus, quem lapide illa diem candidiore notat. Quare satis est, si vltimus dies, talis sit, qualis fuit ille insignis, quem Lechia felici nota signavit. Ouidius: Prouenient medii sic mihi sepe dies, at est sententia Graecorum, neminem beatum ante imum diem, hoc est vltimum. Proverbium est, μάτω μέγ' εἴπης ορίν τελεύταντ' ιδες.

28 PRO multis aliis redditur officiis) Imo pro illis officijs, quæ enumerant. At proculdubio corruptus est locus. Nam legendum:

Pro multis, Ali, redditur officiis.

Quod iam supra monuimus.

29 NE nostrum scabra) Legendum, Ne nostrum scabra.

Pag. 65, 2 ET domus ipsa, in qua lusimus & domina] Lege:

Et domus, ipse in qua lusimus & domina.

Domus, in qua ego ipse, & domina lusimus. Trajectio lectionem mutauerat.

3 ET qui principio nobis dominam dedit) Non dici potest quam male hæc ab imperitis correctoribus accepta sint, qui nulla alia re, quam quod scriptam lectionem assequi non poterant, hæc mutarunt. Noster liber plane legit:

Et qui principio nobis terram dedit aufert

A quo primo sunt omnia nata bona.

In secundo versiculo nihil detrimenti acceptum. In priori est καρεία πλην. Sed age, quam possumus, medicinam illi faciamus:

Et qui principio nobis te trandedit oufens,

A quo primo sunt omnia nata bona.

Trandedit notum αρχαγον omnes norunt, vt Transdere in otium Terentio in Phormione. ex aufert puto facendum oufens, quod ita scriberent per o. v. Quid sit tradere in commendatitijs, omnes sciunt, saltem si tertiumdecimum Epistolarum Ciceronis legerint.

10 N O N si llam rare.] Ita reconcinnatum ex præsca scri-  
ptura. Noſ illa rare. Non enim M, aut N notabant, vt  
neque bus syllabam in datiuis pluralibus tertiae declinatio-  
nis. quia illa nunquam obscurum est quomodo supplen-  
da fuit. De synalœphis iam supra sæpe monuimus.

14 N A M mala valde bestia.) Plautus, *mala bestia* es, Mc-  
nander : ἐφεσίῳ·

οἵστις δὲ εἰ πώλη ὁψιεῖδι φαίνεται,  
αὐτὸς δὲ τιοῦτος οὔτε πρόνοια  
τὸ μηδέν αἰδούειν, καὶ καλοὺς ήμεῖς ποιεῖ.

In alium sensum vñspaurit, ac Catullus. nempe quomodo  
alij ὁπλον. οἴον ὁπλόν ζεῖ σωφροσύνη. & Latini. Quale telum.

21 S E D mulier cupidō] παροιαιώδης versus. ἐγὼ γωναὶ  
ὄρκον εἰς ὑπερζεῖφω. Facete. nam alij dicebant: ἐγὼ γωναὶ<sup>καὶ</sup>  
ὄρκον εἰς οἴνον ζεῖφω.

24 S I CUI iure bono] Deprauatissimus locus. Vetus scri-  
ptura: Si qua, Viro, bono sacrorum obſtitit hircus. Lectio, vt  
apparet neque omnino proba, neque ex toto deprauata.  
Tamē illam prestat in nostris libris quanvis prauam re-  
tinere, quam alteram commentitiam admittere. Viro pro  
Virro, quia non geminabant literas. Legenduni puto: si  
qua, Virra, bono sacro ritu obſtitit hircus. bonum sacram, &  
bonum ritum vocat, τὰ ὅργα αὐθοδίης. Vetus poeta: οἱ  
αὐθοδίες έργα πεῖται ὄργα λαμπωλείου.

25 P O D A G R A fecat] Ita, non necat, vt quidam volue-  
runt. Martialis: -- podagra chiragraque fecatur Caius --  
Graci apieδεις ἀληθός.

Pag. 66, 4. M U L T O ita me nec) Lege, Multo mi tamen es vilior, &  
leuior.

11 I M O etiam te det obesque] meliorem deteriore le-  
ctione mutarunt correctores. Quare enim mihi displaceat  
illud emendatissimum in manuſcripto? Imo etiam te det  
statque magisque magisque. Quam lectionem praefeuerunt  
priuæ editiones. Stat est c̄isacta. Manet alta mente re-  
postum.

12 V T mihi, quem nemo grauius] Ve mihi. Ita repone.

17 P A T R V I perdeſpuit] Primi omnium olim adole-  
scentes docuimus perdeſpuit legendum esse. Quam emen-

dationem nemo postulet se mihi præripere. quod tamen quidam conati sunt. Non quod ego tanti mea faciam, neque quod hac existimationem meam stare aut cadere censeam, sed quia perfectas frontes ferre non possum.

26 H V C est mens deducta ] Liber noster, Nunc est mens adducta. & sane est Σπονδα συνάντη integri poematij. Cu-  
jus alterum membrum tetrastrofico constat, cuius initium  
est Nulla potest mulier se tantum dicere amatam. Igitur ita &  
conglutinandum & emendandum:

Nulla potest mulier tantum se dicere amatam

Vere, quantum a me, Lesbia amata mea es.

Nulla fides villo fuit vñquam fædere tanta,

Quanta in amore tuo ex parte reperta mea est.

Nunc est mens adducta tua, mea Lesbia, culpa,

Atque ita se officio perdidit ipsa pio,

Vt iam nec bene velle queam tibi, si optuma fias,

Nec desistere amare, omnia si facias.

23 LESBIA amata mea es ] Ita legendum secunda per-  
sona, non est st, docet alterum pentametrum, quod in ea-  
dem persona conceptum est in veteri libro. in quo, amore  
tuo, non suo, vt barbare in vulgatis editur, legendum est.  
Puto neminem huius poetae studiosum esse, qui huius au-  
reoli epigrammatij vicem mihi gratias non agat.

Pag. 67, 9 Q V IN te animo affiras ] Vetus scriptura iam-  
dudum fuit:

Quin tu animo affirms atque instruōque reducis. Lege:

Quin tu animo affiras itaque instruōque reducis?

animu pro animum. Sic apud Varronem secundu ea. In  
Pandectis: datu iri. & in iijdem M E T V I R I, hoc est, Metu-  
tum iri. Nam magna T, geminat syllabam more scripturæ  
illius luculentii Archetypi. Præterea & archaica scriptura  
est, instruō pro instruō. Fortasse etiam, animum firmas  
melius legeretur, quam affiras. Ouidius:

Quod nisi firmata properaris mente renerti.

Inferet arma tibi seu rebellis Amor.

14 H O C facies sine id non poteris ] Puto Catullum scripsisse,  
Hoc face sis sine id non poteris.

19 Q V AE mihi subrepens) In nostro, seu mihi subrepens.  
seu peccatis, inquit, seu torpor ille fuit. Torporem veter-

num vocat, hoc est, *λύτρον*.

26 R V F mibi frustra ] Hoc epigramma lacerum est. Nam quum vulgo Hexastichon legatur, decastichon tamen fecerat Catullus. Praterea non satis emendate legitur, neque distincte. Ita igitur illum ex coniectura integritati restituimus, & ope veteris scripturae maculas abstersimus:

Rufe mili; frustra, ac nequicquam cognite amice;

Frustra? ino magno cum precio atque malo;

Siccine subreptimi, atque intestina perurens

Mi miserò eripuisti? omnia nostra bona

Eripuisti, heu heu nostræ credule venenum

Vite, heu heu nostræ pestis amicitia?

Sed num id doleo, quod puræ pura puelle

Sauia comminxit spurca salina tua.

Verum id non impune feres, nam te omnia secula

Noſcent, & quiſci, fama loquetur anus.

Non dubium est, quin duo postrema disticha cum tribus prioribus luxatis committenda sint. Alterum enim sine altero stare non potest, ut pote quod imperfectam sententiam continet. In olidum & hircosum Rufum scribit, cum quo expostulat creptos sibi amores suos. hoc est enim, quod vocat sua bona.

28 SICCINE subreptimi ] In nostro duo antiqui characteris extabant vestigia, M E I, & P E R V R E S : pro mi, & perurens. Sic supra, Antistas, pro antistans.

32 Q uod puræ impura puelle ] Repoluimus ex præscriptura, puræ pura puelle. quod, inquit, spurca salina tua obleuit pura saulia puræ puellæ. Exprobaret illi os hircosum, ut appareat, καὶ τὸ σωμα πολυπλεύτης.

Pag. 68, 1 c O N I V N X I T ] Inceptissime. Legendum, comminxit. Infra :

Tanquam comminile spure salina lupe,  
Vbi & perperam eodem errore legebatur, coniuncte. Petronius, *Consumtis versibus suis immundissimo me basio cōpnit.*

2 N A M te omnia secula noſcent ] Eodem modo in Endecasyllabis:

Quid ris? qualibet esse notus optas?

Eris, quandoquidem meos amores

*Cam longa voluisti amare pœna.*

12 LESBIUS] In nostro, Cælius. nonnullæ editiones Gellius. recte. hanc fœditatem enim eidē exprobrat, *Vis dicam Gelli, &c.* Lesbiam autem ab eodem amatam & alio epigrammate testatur: *Non ideo, Gelli, sperabam te mihi fidum.*

13 SISTRIA amatorum) Audacia correctorum est ista. Nam amatorum supposuerunt pro eo, quod vetus scriptura præ se ferebat, *natorum*, quod & priscæ editiones etiam nūn constanter seruant. Sed minima mutatione *notorum* legendum, non *natorum*. Virgilii in Ciri:

*Nec mihi notorum declinant lumina voltus.*

Nauius Tarentilla:

- nunquam quisquam amica

Amanti amico nimis sicut fidelis,

*Nec nimis erit morigera nota quisque.*

Nata n̄ φίλη, vel potius n̄ ἐρωδην. Notorum igitur, amicos-  
rum, notus mos ille veterum osculo amicos excipiendi.

cod. SAVIA reppererit) Cicero in Sextiana de hoc  
ipso; *quum illo ore inimicos meos est fauatus.* Loquitur de hoc  
ipso Gellio, eique candē fœditatem oris exprobrat. Nimis  
argutantur, qui non Gellius hic, sed Lesbians legunt, ut Catullus de Clodio, quem constat sororem constuprasse, intel-  
lexerit, & eodem modo Clodium Lesbium vocet, quo  
Clodium Lelbiam vocat, hoc vno argumento ducti, quia  
ille appellatus sit pulcher: quod hic videtur Catullus item  
objicere. Sed si Clodius, qui dictus est pulcher, inimicus  
Ciceronis, ea infamia flagrasset, sancit Cicero talentum  
non meruisse, ut hoc tacere vellet. Præterea non memi-  
nerunt Clodiæ gentis patriciæ hunc suisce, quam cogno-  
men Pulchrorum a plebeia Clodia distinguebat. Pulcher  
igitur non casu, sed iure familiæ, aut gentilitio.

10 E molli longo) scriptura nostra: *Et mollis longo.* ma-  
gnis æstibus anni solebant, ut Varro loquitur, insitio po-  
meridianæ somno diem diffindere. Itaque ex eo somno  
edormiendi & expurgiendi tempus erat octaua, ut ratio  
postulat, propterea mollem vocat, quia iam remittunt ca-  
lores intenti, quum duo trientes diei confecti sunt.

11 sic certe est clamant) Liber. *Sed certe clamant. lege,*  
*sic certe, clamant. Supra. Sic certe. rident' ut perniciter exiluere?*

cod. VICTORIS *rupta miselli*] Nonnullæ editiones A  
Virronis. Suspicerat legendum: Sic certe. clamat Varro  
*rupta Viselli*. Notum & Varrones in gente Visellia, non so-  
lum Terentia fuisse.

24 I L I A *demulso*] Ille te mulso, vetus liber. Langobardica scriptio, ut iam dixi, nullum discriumen facit inter I. &  
L. pròpterea synalœpha notata fuit. Itaque ibi legendum  
erat, illi ex emulso.

27 Q V E M tu diligere inciperes ] αρχέσιον, hoc est dili-  
geres. Sic Pomponius de origine iuris: Sine iure certo age-  
re instituit. hoc est, egit. Paulus libro sententiarum tertio,  
capite secundo: Libertus duos patronos habere instituit. hoc est  
habuit. Infra: Accipiunt, precium quæ facere instituant. hoc  
est, quæ faciunt.

28 S E D E Pisaure] Hoc est Pisauro. Virgilii - Coriti  
Turrhenæ sède profectum. hoc est Corito.

Pag. 69,9 Q UOD nunc garrit, & obloquitur ] Repone gamit.  
Cæcilius: Gannit odiosus tota familiæ.

17 S I C liber annunculus] Cognomen Liber apud Roma-  
nos. Dietsi Liberi ab eo quod execto matris vtero ipsili-  
beri euaserant. Tertullianus libro de anima: Possimus illos  
quoque recognoscere, qui execto matris vtero viam aerem hauserunt.  
Liberi aliqui, & Scipiones. Sed, quantum suspicor, Libernon  
magis quam Scipio ab eo casu dictus est. Sed hoc vult  
Tertullianus: inter eos, qui cæso matris vtero viu extracli-  
sunt, Scipionem quandam, item Liberum censeri. Liberi  
ergo gentis an familiæ nomen Romæ.

18 S I C maternus annus dixerat ] Repone ex antiqua scri-  
ptura, Dixerit, εἰπα τὸ ἄν, ήγέξετο ἄν. Non enim affirma-  
bundus hoc dicit. Propertius:

-- Minyis dixerit Ascanius.

24 I A M non Ionios esse, sed Hionios] Ab hiatu scilicet il-  
lo, quo aspirabat tenuis. Ita enim exposuit olim parens  
meus suis de cauſis lingua Latinae Commentarijs. Nam  
si tantum adhibeas ea, quæ huc studiose olim contulit Po-  
litianus, non ex toto menti Catulli satisficeris.

30 H A E C ego sic singula] Magis placet antiqua lectio:  
Quintia formosa est multis: mihi candida, longa,  
Recta est. hoc ego. sic singula confiteor.

Pag 70,9 ABLVAT Oceanus] Repone ablit ex eadem scri-  
ptura, ἀρχήσιος, ut Edit cunctis allium nocentius. hoc est,  
edat.

II NON si demissō ] τὸ Demissō capite male audit. Inde  
putide, ut alias, iocum captauit Cicero in ea ad Pontifices,  
loquens de Sex. Clodio: Sed si requiri iussis, inuenient ho-  
minem apud sororem tuam occultantem sē capite demissō. Idem  
enim intellexit.

17 QVI re nihil adtingat) Et hic quoque Catullus adtin-  
git non adtingat, scripsit, quum idem sit pro adtingat. ut su-  
perius illud, Abluit pro Abluat.

20 NASCATVR magus) Notum ex Herodoto & alijs.  
Strabo: Τοὺς δὲ μάγους καὶ θεῖούς, δῆμον οἰωνοθέων εἴλπ.  
τύτοις ἐγένετο σωμάτιον τοῦ μάγου.

24 NATVS ut accepto veneretur) Carmen επωδίας vo-  
cat, quas Magi Virgarum fasciculum tenentes ad ignem  
incinebant. Strabo: ταὶ δὲ επωδίας ποιοῦται πολὺ χόρον  
ῥάβδων μυειναν λεπίδαν δέσμων κατέχοντες. Phrynicus  
poeta apud Athenaeum:

οὐδὲν οὐδὲν αἰσέρει εἰδούσεις εἰδούσης.

οὐδὲν μάγοισι πορτεῖν αὐτέσιοιες,

οὐδὲν νόμος, ράβδοισι πᾶν θεοῦ ταύτα.

nisi hoc est πυρός. Hoc est quod vult Interpretis The-  
riacorum Nicandri. Δίων δὲ, inquit, οὐ περιττῶς τείχις  
αυτάκεως Ε τοὺς μάγους, φοιτούσιοις ράβδοι μαντιβύσαται.  
Idem Strabo: οὐ δὲ τῇ καππαδοκίᾳ ποιούγεται τὸ τέλος μάγων  
φύλον, οὐδὲ πύραυλοι καλούσθαι, πολλὰ δὲ καὶ τέλος προτικῶν  
διών ιερά, οὐδὲ μαγάρες θύσιοι, δῆμος πορτεῖν αἱς εἰς οὐπερδι-  
ποτοντες. Εἴ δὲ καὶ πυραυλία σηκοί θυεις αἰξιολογοῦ. οὐ δὲ τού-  
τοις μέσοις βαρύς, οὐδὲ πολλή τε αποδέσις, καὶ πορτεῖσθαι  
φυλάκιοιν οἱ μάγοι. κατένιμέτερν δὲ επιστρέτες έπαρσισται οὐεπι-  
γένει οὐ περιποτε πλεύ δέσμων τῷ ράβδῳ ἔχοντες.  
vbi & de verbenis illis seu virgulitorum fasce habes abun-  
de, & de carmine, cuius hic mentio sit. πυραυλία autem  
qua vocat, sunt Πυραυλία qua toties Prophetæ populo Dei  
objiciunt, quum significant illum εἰδωλογιαν̄ populum  
zicus Persicos didicisse. Quod enim Hammonim ista sint

docet mox idem Strabo: Ταῦτα δὲ τοῖς ΦΑΝΕΡΩΣ καὶ οὐ  
Ομανοῦ ἑρόῖς νεόμεσοι. Ομανος enim est ΗΒΡΑΙ. Qui pro-  
phetarum lingam didicerunt, hæc mihi assentientur. He-  
rodotus illos ignes, de quibus hic loquitur, πυρνία vocat,  
& ἡ ἔκπλοις Εποις constitui solita ait. propterea conui-  
cium cælitus in illum populum, sacrificare in excelsis, quæ  
ipſi Bamoth vocant, hoc est τὸ ὄντα. quæ vox Hebraea  
est. At ΠΕΝΝΗ Persica, licet Rabbini eam a Sole deriuunt.  
Quæ vox tunc esset Hebraica. Ab eo Achemænij dicti  
sunt, nam addita aleph in capite plane facies Achaman.  
Sed ne fortasse putas hæc me somniaſſe, audi interpretem  
Statij veterem, in primum Thebaidos: Nunc, inquit, Ache-  
menni dicuntur, vbi Apollinem Solem dicunt, cuius & sacrorum  
ritus inueniſſe dicuntur.

25 O M E N T U M in flamma) Strabo: μελίσταρτος δὲ τὸ  
μάζου τὸ κρέα τοῦ ὑφηγουμένου τινὸς ἱερουργίας ἀπίστοι διενό-  
μοι, τοῖς θεοῖς γένεται ἀπονέμαντες μέρος. Φῶντὸς φασὶς  
ἱερεῖον δεῖθαι τὸν Θεόν, ἄλλου δὲ καὶ δεῖν. ὅμοιος δὲ τὸ έντιπον τὸ  
μυκρὸν οὐτασιν, ὃς λέγεται Σωτής, ὅπερ τὸ πῦρ. Alioqui & Per-  
sii codem modo loquuntur est:

*Quum in flamma tibi tot iunicum omenta liqueſcant.*

29 C O N S T A N T E R Q. putarem.) Lege, constantemque.

30 H A V D poſſe aturpi.) Aut poſſe.

Pag. 71, 7 D I S P E R E A M, me nisi Lesbia amat.) Alius ordo in  
veteri: - *Lesbia me dispeream nisi amat.*

8 C VI ego quasi eadem) Manifesto falso sum etiam in ma-  
nuscripto. At in veteribus Gellianis exemplaribus, quo-  
rum descriptionem penes nos habemus, legitur, *Quo si-  
gno? quasi non totidem.* Plana est sententia. Quod mihi  
Lesbia imprecetur, ego illud amoris significationem pu-  
to. Quare? quia ego contra totidem illi exercor, sed di-  
speream, si nihilominus amo. Recte Gellius *deprecor in-*  
*terpretatur, amolior illud in caput eius.* Nam quum aliquis  
male imprecaretur, qui audiebat, ἀφοσιουμέθος responde-  
bat, *Quod quidem æxati tua atque capitū vertat, ut Ari-  
stophanes - εἰς καφαλώσῃ.* Quicquid igitur impreca-  
batur Catullo Lesbia, id omne a se in eius caput impreca-  
bundus amoliebatur. Precari ne sibi accidat, hoc est De-  
precari

precari proprie. Itaque recte veteres Latini dicebant deprecari a capite & fortunis suis malam rem , aut periculum. ad verbum id Græcis est ἀποστολη δρα. Conati sunt quidam Gellium super huius epigrammatis enarratione reprehendere. Sed næ ipsi frustra sunt. Non animaduerterunt Catullum totidem verbis eadem conuicia in caput Lesbia regerere. Itaque id plane est Deprecari a se alicui. Deprecari a se in aliquem. Nam nusquam faustum, vt Deprecor simpliciter sitimprecor. Neque Lesbia quæ prima conuiciatur Catullo , potest videri proprie deprecari Catullo. Id enim non patitur Latini sermonis castitas. Sed Catullus, qui non vult hæc conuicia in se cadere, religione ac superstitione vulgari , ea in eam regerit. idque, ut dixi, palam est Deprecari. Quin testimonium Ennij apud Gelium idem confirmat.

**I**N NIL nimium studio In Cæsarem & Mamurram scripum hoc epigrama terastichon. Nam profecto veteres editiones Parthenij recte hos quatuor versus coniungunt, nempe hoc distichon cum sequenti. Epigrama est prope simile illi Endecasyllabo , Othonis caput. Nam vt ibi Cæsarem nihil aliud quam vapulare γειωθει iubet , ita hic, quid aliud videtur quam ἀνδρὸν τὸν περιζεύθος eum valere iubere ? Deinde dirigit sermonem ad Mamurram ipsum , quem verbo appellat , quod sanctus Numa non nominaret.

**I**4 IPSA olera olla legit ) Si hoc prouerbium Græce efferretur, non aliter posset, quam ita : αὐτὸν τὸν τραχεῖνην οἰκεῖον. Simile Homericum - αὐτὸς γάρ εἴπεικεται πολὺ σπα σίδηρος.

**I**5 MILLIA quum interea quingenta Hortensius ) De quo Ouidius:

Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui  
Carmen -- Gellius libro decimo nono , capite  
nono : Nam Lenius implicata , & Hortensius inuenusta , &  
Cinna inlevida , & Memnius dura.

**22** AT Volusi annales ) Varius legitut versus huius altera pars. Noster liber : At Volusi annales paduam portentur ad ipsam. Ego hanc lectionem talento contra caram non pu-

to. Primum enim pro *paduan* non dubito *apuan* legere, A  
deinde pro *portentur*, *porcentur*: C pro T, more aut potius  
errore visitato librariorum, quod supra toties memini me  
admonere. *Porcentur* eo tempore scribi solitum pro *por-*  
*gentur*, quod etiamnum in meliore parte codicium scripto-  
rum legitur. Et est visitatissima C, cum T coenuntatio.  
*Apua*, ἀπόν. vt etiam Glossarium notat. pisciculum esse  
omnes sciunt. Recte igitur cum scombris congruet. La-  
tini veteres raro aspirabant. Sic apud Ciceronem *Xeno-*  
*ponteius*. apud eundem *Rupe studium*, pro *Ruphe*. Rufus,  
Græco οὐρανού detortum, φύφας. *Lucius, novus*. Sic  
*Seneca* in *Apocolocyntos*: *Diespiter Nicopore filius. πῦνι*  
*κηφοεῖ*. Ad *apuan* porrigentur *Annales Volusi* eo modo, quo  
Athenaeus dixit, εἰς Αἴγανων τὸν κετατεμουώτερον.

24 P A R V A mei mibi sunt cordi monumenta *sodalis*] Illud  
SODALIS homines male feriati commenti sunt. Nam  
vetus scriptura constanter habuit, *laboris, non sodalis*. Quod  
verissimum est. Manifesto Catullus per concessionem lau-  
dari vult *Cinna* sui Smyrnam, quaꝝ per annos nouem elab-  
orata sit. sed ingenue fatetur sibi displicere nugas obscu-  
ras. Nam obscurissimum fuisse poema illud indicat Mar-  
tialis: *Iudice te maior, Cinna, Marone fuit*. Quare quum etiam-  
num paulo post mortem ipsius *Cinna* vulgo non intelli-  
geretur, extitit tandem, qui cam Commentario luculento  
illustraret, *Crafitius Grammaticus*, quo nomine magnam  
a studiis iniuit gratiam. Quare, quum Catullus de *Cinna*  
*sodalis* sui opere ita aperete loquatur, furor est aliter in-  
terpretari suum somnium. Quid: nonne *Propertius*, qui  
toties se *Callimachi imitatore* profitetur, qui se *Calli-*  
*machum Romanum* vocat, nonne, inquam, ille palam  
eum propter poema *Aetia inflatum* vocat? Sed quid opus  
est alieno testimonio? en ipse οὐρανού μέδον, hoc dicit.  
Quod autem aiunt ultimam vocem huius versiculi in scri-  
ptis deesse, ego nescio quos scriptos libros mihi objeccant,  
quum illorum nulli noster bonitate neque veritate cedar,  
praterea *Monumenta laboris Partheinius* olim edidit. Deni-  
que eodem modo *Martialis* loquutus est.

Accipe non Pario nutantia pondera saxo,

Quæ cineri canis dat ruitura labor;  
Sed fragiles buxos, & opacas palmitis umbras,  
Quæque virent lacrimis roscida prata meis;  
Accipe, care puer, nostri monumentalaboris.

hoc est, accipe non quod præstare non possumus, sed quæ sunt virium nostrarum, fragiles palmites, & serra. Hæc pulchre hanc lectionem tueruntur, ut nihil melius. Deinde quum Catullus poemata, & opuscula tantum conscripsit, palam innuit sibi non placere magnum illud poema Smyrna. Nam non solum elaboratum fuisse oportet, cui nouem annos impenderat, sed & magnum, propter eandem causam, in quo plane imitatur Callimachum, qui ita in hymnis canit:

ο φθόνος λαπτάλωνος επ' εκατα λαδρίος εἶπεν.  
ε φιλέω τὸν αἰσθόν· οὐχὶ σταύρος αἰσθένει.

Enarrator: εἰκαλεῖ διὰ πούτων τοὺς σκάπτοντας αὐτὸν μηδιάδει ποιῶντα μέχεα ποίμνα. Quam luculente hæc faciunt ad rem nostram? Athenaeus: Κανίμαχος οὐχειμάχος ἐλέγει τὸ μέ, αβιεῖον τὸν έτον τῷ μεχάφε κανό. Quam sententiam extulit Martialis ita:

Cui legisse satis non est epigrammata centum,  
Nil illi satis est, Sediriare, mali.

2) AT populis tumido gaudet Antimacho) Martialis:

Scribat carmina circulis Palemon.

Me doctis iunat auribus placere. Virgilius in Pro-  
lusionibus: Si patrio Graiose carmine adire sales

Possimus, optatis plus iam procedimus ipsius.

Hoc satis est. pingui nil mihi cum populo.

cod. ANTIMACHO Iam manifesto confirmatur id, quod diximus, Cinnæ Smyrnam poema & magnum, & obscurum fuisse. propterea enim comparat id Thebaidi Cyclica Antimachi. κυκλικὴ Thebais semper citatur a Grammaticis, quod de huius Antimachi Thebaide intellegendum. κυκλικὴ poesis dicitur, quæ totam historiam ab ipsis initijs ad finem usque ordine recitat, ut si bellum Trojanum a gemino ouo exordiaris, ut Helenæ natales principium sint operi, quia illa fuit causa illius belli. quod fecit ille, qui μυρταῖς ινάσα, quæ aliter μυρτικὰ inscri-

g. i).

bebatur, cōtexnuit. cuius initium, ἡλιος αειδω καὶ δερδαῖνος  
ἐπεκλεύει. Eam Iliadem Lævius vetustissimus poeta Latinis versibus reddiderat. unde Cypria Iliados nomine a Charisio citatur. Sic Antimachus orsurus bellum Thebanum ab interitu Meleagri incepit, a quo ad redditum Diomedis xxi et libros continuauit. Vide si totam poemam ad umbilicum perduxisset, quod morte præuentus non potuit, quorū millia versuum ad mortem Oedipodis effudisset. Istud igitur poema, quia prolixo ordine ac recto tractu totam rem tractat, μύκης dicitur a Græcis, eoque nomine saepè ab Aristophanis interprete citatur. item a Themistio μύκητον οὐσέρων libro primo, εἰ δὲ λέγεται καὶ ἐπὶ Λιδίᾳ μύκης, ἀλλ' ἣ ταῦτα μύκητον οὐσόντες γεωμέτρειον ὁ τοῦ μύκητον λόγος. Nam μύκητος διδάσκεται est, nihil omittere in docendo: μύκητος διδάσκεται est, omnium artium disciplina, qua & ἡ μύκητος παγδία dicitur. μύκητος διεργάτης, quod Latinus auctor simpliciter dixit, circulo curare. Quare non obscurum est, quare Cyclicum scriptorem vocauit Horatius Stasimum, auctorem τῆς μυκῆτος. μύκητος. μύκητος idem Horatius verit̄ orbe.

Nec circa patulum vitemque moraberis orbem.  
Quæ omnia interpretes Horatiani in suis illis immanibus Commentarijs non docent. Hoc igitur ridet Catullus in Cinna, qui videtur historiam Cinarae, & Myrrhæ, quam Smyrnam vocat, altius, quam poetam decet, repetisse. & sane oportet Cinnam circa patulum orbem historię moratum, qui nouem annis illud opus in incide habuerit. Nam quid enim potuit adeo remorari unus partus aut amor Myrrhæ, si non alia, quibus leuiter defungi poterat, curiosius ab ignotis historijs repetisset? Propterea sane opus illi fuit docto Delio natatore L. Crassitio, intima cui soli illius poematis nota extiterint. Quare definant docti de iudicio Catulli, quod de poemate amici sui facit, dubitare. Certo certius enim est, non illi placere illud poema & propter molem, & propter obscuritatem, quamquam καὶ συζητήσαντ & eruditionem & diligentiam in eo laudet, & acceptum fore doctis dicat.

29 c v m desiderio veteres renosamus amores ] Repone,

<sup>1</sup> Quo desiderio. ita & scriptis & antiquitus editis libris postulantibus.

Pag. 72, 3 Nihil est immundius illo] Magis placet scripta lectio. — nihiloque immundius illud.

7 QVALIS defessus in astu] αργασθος est in veteri scriptura, in astu. Frequens idem apud Ciceronem, & Iuris consultos. Vlpianus: in pubertatem mortuus fuerit.

cod. DEFESSVS] Fessi muli strigare solent, hoc est, interquiescere, ut meiant, idque aut in astu, aut in difficulti via, puta in salebris, aut vado, aut cæno. Id quotidie experimunt. Quare recte Defessus.

10 ET non pistriño traditur atque asino] Mirum genus loquendi, & a paucis usurpatum, quod equidem meminim; Tradi asino, hoc est ut in locum asini, qui versat molas, sufficiatur. Duplex genus molarum, versatilium, & trusatilium, alteras iumenta, alteras homines agebant. Itaque videtur ioculariter eos, qui trusarent molas, Asinos vocatos. Sane sic Iuuenalis loquitur, quomodo & Catullus:

— sed tu iam durum, Postume, iamque

Tondendum, Eunicho Bromum committere noli.

Ibi enim Eunicho tradere, est θύειν τὸν βρόμον. ut hic tradere asino, facere ut alinus pistriarius sit. Quare hoc genus locutionis, quia mirum, non tamen penitus insolens est, quum eo vt ratus Iuuenalis, studiosos valde obseruare volo. Præterea notandum in eo Iuuenalis loco proverbiū non animaduersum, θύειν τὸν βρόμον γε.

12 AEGR OTI C. lingere carnificis] Carnificem hic vocat, quem vulgo Farciminosum vocamus. Ita plane Marcialis: Sulphureusque color carnificeisque pedes. Propterea recte epitheton Aegrotum illi attribuit.

13 IN te si quemquam] Melior vetus scriptura, quam hæc commentitia. Scriptum enim fuit, Si quicquam. Si quicquam poterit dici, id sane dicetur, quod stultis & fauis solerit.

15 ET crepidus lingere carbatinae] Liquida scriptura omnium veterum tam scriptorum, quam formis excusorum. Quum Politianus hæc videret contaminari, non passus est, & quæ videbatur erroris cauſa in ignoratione

g. II.

Carbatinarum, id verbi quid esset, explicauit. Festiuus A poeta recte eius lingua tergendi crepidis vsum praestare posse ait, ut vicem peniculi crepidarij sit. Plautus:

*Quis hic peniculus? qui extergentur baxeas?*  
 Nam baxeas & carbatinae non multum differunt. Qui Cercopias substituerunt, meminerant se eam quidem vocem legisse, sed male interpretabantur *τὸν τὸν πόσος καὶ τὸν κέρκον*. De quo vide quid nos olim apud Festu. Quod omnino commentum est otiosorum hominum. At crepidas peniculo, & eam in honestam partem spongea singi solitas, quis paulo rerum antiquarum peritior nescit? Quare illius lingua spurcæ spongeæ, aut peniculi vsum præstare posse ait. Propterea dixit, *si rufus veniat*. Quod autem hac in re Marullus Politianum ridet, nihil præter solitum facit modo enim occasionem hominem insectandi nanciscatur, iure an iniuria, recte an secus id faciat, susque deque habet.

*TANQVAM commixta*] Hoc supposuerunt inepti homines pro coniuncte, quod nec ipsum sincerum est. Legendum enim, *commincte*. Supra:

*Savia comminxit spurca salina tua.*  
 Quæ sit hic lupa docet Liuius de Faustili uxore Acca Laurentia loquens. Comingere quid sit notius est, quam ut explicatione indiget. Inde commictilis. Pomponius Atellanarius præcone posteriore: *Si sciām quid relis quisisti ferui comici commictilis.* Hoc est contemptibilis. Quare apud Nonium, *commictilis, composti, legendum, commictilis, contemtitii*. Sic etiā simplex mictilis. Lucilius libro vicefimo:

*Pulmentar aut intibus, aut aliquod genus herba,  
 Et ius menarum, bene habet, sed mictilis hoc est*

*Merx. -- Corruptissimus ille locus hodie editur  
 apud Nonium.*

*Pag. 73, 4 N V N Q V A M iam]* IAM abest a priscis libris. Dele, sed lege, Non inquam post hac.

*II PERSPECTA exigitur*] Scriptura, Perfecta. Magis placet Perfecta. Quæ tralatio est a probationibus operum, quæ inspectiones dicuntur a Gellio, & alijs, vel ab auro. nam spectatores auri sunt *χρυσοπεισταις*. unde spectata amicitia. Sane Virgilius scriptit;

A Venisti tandem tuaque spectata parenti  
Vicit iter durum pietas --  
Magistelli spinosi expectata legūt, propter syllabam, quam  
nolunt positione sequenti produci.

18 E T mutum nequicquam adloquerer cinerem ] Ausonius:  
Voce ciere animas funeris instar habet.

Seneca: *Magnum solatum est appellare sapientia nomina non re-  
fusura. Aliud est -- magna postremum voce ciemus.* Hoc  
enim in ipso rogo siebat. Euripides:

νοεῖς δέ πλω τάρον τανδόν εἴτι θέμις  
περούτατ' ζειον ταν δατίλιον οδόν.

28 M E vnum esse inuenies ] Scribe ex calamo exarata  
membrana: Meque esse inuenies. & me inuenies esse sacra-  
rum illorum iure, & dices me esse Harpocratem.

cod. ILLORVM iure sacram ] Quia de silentio agit,  
quod proprium est mysteriorum, propterea verbo mysti-  
co vultur. *Sacratum.* Sacrati sunt oī μεμονόθοι. ut in veteri  
inscriptione Romana: *Sacratā apud Eleusinem Deo Bacchō,*  
*Cereri, & Core.* item in alia: *Sacratā apud Aeginam Deabus*  
*Taurobolite, Istaice.* Et sacrandi, mox initiandi. Prudentius:

Quid quoniam *sacrandus accipit sphragitidas?*

Vt apparet ex Prudentij loco, stigmata in fronte aut alia  
parte corporis accipiebant. Sic in veteri Christianismo  
dicebantur signati, & sacrati, qui in fronte crucis signacu-  
lum christmate prænotatum habebant, tanquam ea esset  
initiatio. Hoc crebrum est apud Tertullianum.

Pag 744 CREDIS me potuisse mee maledicere n̄e ] Vercor  
ne Catullus non maledicere scripsit, sed valedicere. Nam  
sane id fecerat, vt ex superioribus cognoscimus:

Vale puer, iam Catullus obdurat. Item:

Cum suis rinat, valeatque machis.

Nunc Catullus videtur conqueri apud amicum, quod id  
statim in eam partem tanquam serio a se dictum esset, in-  
terpretatus sit. Qui mutarant lectionem, rationem habe-  
bant syllabæ ultime in V A L E. Atqui c a v e codem mo-  
do corripiebant. Martialis:

Si, quando veniet? dicet, responde: poeta

Exierat, veniet, quem cithareæsus erit.

g. iiiij.

7 SED tu cum Caupone] Nunquam hanc lectiōnem ego probauī, vt quā semper de mendo mihi suspecta fuerit. Tandem vetus lectio omnem proflus dubitationem sustulit, quā non cum Caupone, sed, cum Tappone habet. Tappones familiā Romæ. In veteri inscriptione Placentiæ legi: C. VALERIVS TAPPO. item apud Liuum libro trigesimo octaua. Is igitur Tappo cum isto insuffratabat. Lebia nescio qua, quibus suspicionem illi faceret Catullum alio transtulisse calorem suum. Hoc negat Catullus: & contra, illum περιπλοχῆς ait. Nam illud, omnia monstrat facit, nihil aliud est, quam, πάντα περιπλοχῆς ad verbū, vel περιπονῆς. Est ergo Hellenismus.

IO M V S A E furcillis precipitem eliciunt ] δικρανοῖς ὀφῖν.  
Prouerbium.

20 o mihi cara magis candidiore nota] Nusquam liberius peruagata est correctorum licentia. atque nunc plane est, vbi istis infanis capitibus succenseam. sive Marulli illi fuerint, seu quicunque volunt nos sapere suo capite. Restituenda est vetusta lectio:

Restituis cupido, atque insperanti ipsa refers te  
Nobis, o lucem candidiore nota.

Vere. αρχίστους, insperanti nobis, vt Præsente nobis: Absente nobis apud Comicos. Tibullus.

Perfida, nec merito nobis inimica merenti.  
Nobis merenti.

21 A V T magis hac est optandus vita ] Lege ex veteri scriptura:

Quis me vno viuit felicior, aut magis est me.  
Optandus vita, dicere quis poterit?

Dicere quis poterit, quis felicior vno me viuit, aut magis me optandus est vita? Traiectio locum contumplendin in causa fuit, optandus vita εἰληνισμός, ζηλωτὸς τῷ βίῳ μανά-  
ειος τῷ βίῳ. Sic beatus vita. In Culice:

Quis magis optato queat esse beatior aeo?

Quod plane huic loco faciem adlucet. Hic ergo, quis ma-  
gis me optandus vita est, οἵ μάλλον μοι ζηλωτὸς τοι βίῳ;

24 si Comini populi arbitrio ] Ex manuscripta lectiōne cognoscimus popul'arbitrio in Gallicano exemplari scri-



A prum fuisse. pro quo in nostris libris exaratum fuit, *sic homini populari arbitrio.*

Pag. 75, 12. EFFICITVR plusquam meretricis auara] Pro efficitur vetus lectio habet, effexit. hoc est, efficerit. Nam C pro X, scribabant veteres illi librarij. effexit supple facinus. ποιόντες αὐτὸν τὸν πόρνην. ἐργάζονται τὸν πόρνην, οὐ γαλλοῦ ἐργάζονται πόρνην.

IS AVFILENA viro contentam] Liber scriptus, contenta sibi. Legendum sane contentas. ex quo fecerant contentas. Lege igitur:

Anfilena, viro contentas vinere solo

Nuptiarum laus e laudibus eximiis.

Laus eximia nuptiarum, contentas uno viro vivere.

20 MVLTVS homo es Naso] Venimus ad epigramma omnium iudicio in hoc poeta obscurissimum: sed meo, non adeo perplexum, si illi suam veterem non correctorum lectionem restitueris. Simil enim id suæ antiquæ scripture reddideris, & suo nitoris restitueris. Ita ergo ne vna quidem syllaba minus in illo libro perscriptu legimus;

Multus homo (es, Naso, nam tecum multus homo) est, qui

Descendit? Naso, multus es, & pathicus?

Notum est qui sunt Aretalogi, & quod dicti, quia de virtute locuti faciunt id, quod Iuuenalis dixit. De virtute loqui est ἀπεριλόγειν. Hoc faciebat Naso, qui de virtute locutus, id quod racco, facere deprehendebatur. Potestne fieri, inquit poeta, ut tu ἀδηρεῖος sis, qualen te verbis facis, & re καρδίος, qualis esse deprehenderis: ἀδηρεῖος igitur es, & καρδίος. Haec sane non bene conueniunt, nec in vna sede morantur. Multus in aliqua re, ut apud Graecos πολύς.

cod. E S Naso nam tecum] Es nanque te iudice magnus vir γένους. Ita Propertius locutus est. Nec tantū mecum Romana cubilia rives, hoc est, me iudice, vel simpliciter, tibi soli es, nam alij te non consentiunt.

cod. Q VI descendit] Scriptus liber more suo habebat quae pro Q VI. quod tamen saepe monui. Descendit. satis patet quid velit. Iuuenalis:

Ad terram tremulo descendant clune puelle.

Mareni se dicebat, & maribus tamen succumbebat. Nunc

apertissimus huius Epigrammatis sensus.

23 PRIMVM duo, *Cinna, sedebant*] Importunitissimum correctorum vulgus hic quoque non vistato scelere debacchatum est. Nam *sedebant* supposuerunt pro eo, quod Catullus, & veteres membranæ solebant. quod recte habebat. Superioris monuimus veteres in ijs, in quibus volebant reticere verbum, contentos fuisse solo verbo solere. Supra - solet hæc imaginofum. Plautus: *Que nos predican cum viris suis solere*, non adhibuit verbum, quod præcipuum erat sententiæ. Sed notum quid soleant Mœchi. Item notum quid soleant mulieres cum alienis viris.

24 MœCHILIA] Egregia exemplaris Gallicani scriptura duabus synalcephis concepta, *Mœch ill' a faeto, a, eft ab, neque aliter in nostro libro scriptum* suit, ill' mutarant in ili. quia *nō l, & i* in Langobardicis literis nulla differentia est. Putant enim ea esse hoc non epigamma homines eruditissimi. Atqui certissimum est Catullum hic *τὸν ὄκαφλον ὄκαφλον* vocare, & nulla nos flexuosa dictio-  
ne, ut *λόγιας* ille solet, morari. Ait enim simpliciter, Pompeio primum Consule unum aut alterum reperiri Romæ alieni lecti inseffores. eandemque ad eius secundum consulatum, adulteriorum raritatemi fuisse. sed postea pro uno, mille succreuisse: & hinc propagatam illam infamiam segetem, qua Catulli ætate tota Roma flagrabit. Quod si historia quadam hic intelligeretur, de solis Mamurra & Cæsare tantum sermo eset. ut illos mœchorum signiferos dicat fuisse. Sane epigrama non adeo tantis tenebris ob-  
stum est, quantis volunt homines magnæ eruditio-  
nis, & primi in literis nominis.

25 SED creuerunt millia in *vnum singula*] Liber habebat Singulum, non Singula. ita exterritur media, ut in Auruncalia. Plautus Clitellaria: *Atat singulum video vestigium*. Varro *περὶ πόσῳ* libro primo: *Tum vero doces historiam necessariam, semel vnum singulū esse*. Idem octogesima, *περὶ νομού τον*. Hoc erat incommodi, quod nesciebamus semel vnum singulū esse.

28 FIRMANO *saltu*] omnia hæc suppositio sunt, & ab audacibus interpolata. Scriptura vetus ne ipsa quidem sincera est, sed tamen præsefert, quid velit. Ea habet: Fir-

manus salius non falso, &c. Ut iam constet recto casu hic non sexto legendum, ut in vulgatis. Nam profecto *salius* perperam pro *saltus* scriptum est. Iam Mamurra non Firmanus sed Formianus fuit, quanquam & prædia potuit habere in agro Firmano. sed hoc esset nugari. Nam quum constet Formijs natum Mamurram ex Plinio, item ex Iuvenale, qui Formias Mamurrarum domum vocat, cur alium illi prædium aut saltum dabimus, & suum illi auferemus? Sed profecto Catullas scripsit:

*Formianus saltus non falso. M. dices.*

Fertur. Nam Grammatici offensi sunt syllaba penultima, quam nollent a Catullo productam. atqui ita non est. Neque enim dactylus primus est pes, sed spondeus. Horatius:

*Vt Nasidieni iuuit te cena beati?*

Secundus pes est spondeus. idem, *Vindemiator*. Est Epitrius quartus. Nam quatuor syllabarum est, trium longarum & ultima breui. Virgilius: *Fluuiorum rex Eridanus*. primus pes spondeus. Est præterea mille talium exemplorum apud veteres. quare & hic quoque nullo dubio *Formianus* legendum, duobus spondeis primoribus. Dirigitur autem sermo ad ipsum Mamurram. O Mamurra, Formianus saltus tuus non falso est dunes, qui tanta bona in se habeat. Nam qualis barbarismus esset ille, si Catullus dixisset, Mamurram in se habere aucupia, & pisces, non saltum ipsum? Quod sane sequatur necesse est, si vulgarem illam inepiam lectionem tueamur, quæ est contra scripturam antiquam, & quod caput est, contra mentem poete. Ac nescio an Catullus dixisset, *Ego sum dunes illa res, sed illius rei*, quanquam non damno.

[30] *Q V I tot res in se habet*] Melius vetus scriptura: *que quores*. Admirabundus hoc ait. & sensus est lepidissimus, & maxime conueniens ei quod dixit, non falso censeri dunes esse illud prædium.

[32] *N E Q V I C Q V A M fructus sumtibus exuperat*] Scribe:

Nequicquam. *fructus sumtibus exuperas.* Secunda enim persona scribendum, quum ad ipsum Mamurram sermonem dirigat, vi iam dixi. Frustra, inquit, dunes & copiosus est saltus tuus. Nam *fructus* illius prædi tu

sumtibus tuis exuperas. Notus est nepotatus Mamurra ex A  
Iambo, quem in ipsum vibrauit Catullus.

Pag. 76, 2 D U M tamen ipse egeat ] Vetus scriptura, dum modo,  
non, dum tamen, quod melius est. Sed secunda persona hic  
legendum E G E A S, non E G E A T. Iam emendatissimum est  
epigramma hoc, quod correctores tot vulneribus con-  
fecerant.

3 I N S T A R triginta ingera prati ] Scribe meo periculo,  
I V S T A, non instar. Iusta, pro quo nunc errorem librario-  
rum & vitiostam confuetudinem sequuntur dicimus, iuxta.  
Supra: -- Callisto iusta Lycaonida. Iusta hic est iunctum,  
q̄ h̄c.

5 C A E T E R A sunt maria ] Proverbium est, Στέλλα  
χρυσοῦ, Montes auri, & similia. Maria & montes pollicent.  
χρυσον πόνον. Phoenix vetus poeta;

διῆρη Νίνος πὲ τὸν ἐγκύρων ὡς ἐψῶ καλών,  
ἀστύεος, ὃς τὸν ἐγκύρων πόνον;  
ἡ τάλα πονα πόνον πεπόνη φάμενον.

Eadem figura apud Callimachum:

Ἐ φίλεω τὸ δούρο, ὃς εἰχεῖ στον πόνον αἴτιόν.

Hebrei quoque eodem proverbio vntuntur. In threnis  
Hieremias: magna est sicut mare tribulatio tua.

7 V N O qui in saltu tot bona ] Repone ex veteri lectione,  
totmoda. Notum, veteres, omnimodum dixisse. Sic totmodum  
vna voce. Sic omnifariam, & totfariam, & aliquotfariam.  
Varro.

10 O M N I A magna haec sunt tamē ut sint maxima & ultra)  
Deformata omnia haec sunt, ut appareat. Vetus lectio:

Omnia magna haec sunt. tamen ipse est maximus vltor.  
Transposita & luxata sunt ista. Nam ne vna quidem lite-  
rula minus ita legendum:

Omnia magna haec sunt. tamen ipse est maximus lustro.  
Haec quidem, inquit, magna confiteor, sed quum ipse om-  
nia absumat in lustris, cui bono illae tantæ opes, si fructus  
sumtibus exuperat? Lustro lustronis, est qui in lustris pa-  
trita & auita absumit. Nævius:

Pessumorum pessume, audax ganeo, lustro, aleo.  
Et verbum lustrari. Lucilius:

*Quem sumum facis in lustris, circum oppida lustrans.*

Plautus:

*Luxantur, lustrantur, comedunt quod habent.*

*Et lustramētū apud Iurisconsultū, ἀσένχα, ἀφροδισιασμός.*

*II N O N homo sed vere M. magna nimis] Repone:*

*Non homo, sed vero M. magna, minax.*

ita habet vetus scriptura: *Non homo, non hominis nominē dignus, sed ipsamēt libido, quae iactat sese de diuitijs suis, minacem vocat Aretalogum; qui hominum aures diuitiarum suarum prædicatione obtunderet. Hoc enim vult verbum minari.* Horatius:

*Atqui vultus erat magna, & preclara minantis.*

Sane scriptura, quam reposuimus, extat etiam in editione Parthenij. *Quis prior mutauerit, nescio.*

*13 S A E P E tibi studioſo animo veniam dare quæres] Hæc est vetus scriptura, quam alio modo in vulgatis editionibus legimus. Lege,*

*Sepe tibi studioſo animo venanda requirens, &c.*

Sepe, inquit, requirens, ut mitterem tibi carmina Callimachi studioſo animo venanda. hoc est, quæ studioſe ineſtiganda sunt, nam requærere, pro requirere dicebant, & requeres, pro requirens, ut supra perures pro perurenſ.

*16 TELIS infestum icere] Vetus lectio: Telis infestum icere. Lege:*

*Telis infesto mi icere, musca, caput.*

*Telis infestus, hoc est armatus. Sic dicunt, infestum spinis, infestum aculeis. Proverbialiter dixit, Musca armatum petis.*

*20 AFFIXVS nostris) Lege, At fixus, & ita vetus scriptura.*



IOSEPHI SCALIGERI  
IVL. CAES. FILI

CASTIGATIONES

IN LIBRVM PRIMVM  
ALBI TIBVLLI.

**D**I VITIAS ALIVS] Hæc Elegia ordine prima est, sed tempore postrema. Nam lapsus opibus Tibullus secessit in agellum, qui illi superfuit, ex patrimonij naufragio, in regione Pedana. Vnde Horatius:

*Di tibi dixitias dederant artemque fruendi.*  
Manifesto enim ostendit cum exhausto opimo patrimonio secessum ruris petuisse. Et, si conetur locus est, videtur opes auitas in amoribus profudisse, & magno patrimonio, ira ac dolore animi, imminuto rus se abdidisse. Horatius id plane indicat:

*Non tu corpus eras sine pectori. di tibi formam,*

*Di tibi dixitias dederant --*

Et sane alibi eum eo nomine consolari videtur, quum ita canit: *Albi, ne doleas plus nimio, &c.* At ipse plane & paupertatem suam conqueritur, & dolorem profitetur in Paengyrico ad Messalam:

*Nam mihi quum magnis opibus domus alta niteret,*

*Cui fuerant flavi ditantes ordine fulci*

*Horrea, secundas ad deficientia messes,*

*Nunc desiderium supereft, nam cura nonatur,*

*Quum memor antea flos semper dolor admonet annos.*

Nam postremis versibus plane profitetur se pœnitere eius, cuius & Horatius se pœnitere non dissimilanter ait:

*Hei mihi, per urbem, nam pudet tanti mali,*

*Fabula quanta fui. conviuiorum & pœnit.*

Hæc igitur scribit in prædiolo suo Pedano ad Messalam Coruinum tum in Ciliciam proficiscentem: quem etiam

antea bello Aquitanico secutus erat. Huius poëtæ ea omnia quorundam in Italia extant, exemplaria, recentiora sunt, quam ut inter vetustos libros censeri debeant. quin correctorum audacia multa perabsurda illis admista sunt. Eiusmodi vnum vidimus. cuius copiam nobis fecit Iuris consultissimus Jacobus Cuiacius. Sed & meliora quædam in eo, quam alij in suis, inuenimus. Neque puto meliorem librum eo hodie extare: Nam quædam etiam vetustatis retinet vestigia, quum paulo ante in euentem typographiam artem scriptus sit: & nondum correctorum audacia ita licenter in bonis auctoribus peruagaretur. Sed exceptra peruersta eius poëtæ in manus nostras peruenere, quibus plurimum adiuti sumus. Item fragmentum perotium, & quam emendatissimum a quarta elegia libri tertii ad finem usque commodauit nobis idem præstantissimus vir, summaque humanitate præditus Jacobus Cuiacius. Qui liber, & si imperfectus, tanti apud me momenti est, ut non meminerim ne illum vetus exemplar emendatus legisse. Itaque hoc præter Italos, amplius conscuti sumus, ut vetustiores, quam illi huius poëtæ reliquias naucti sumus. Quæ quin egregie nos in multis iuuerint, in eo tamen, quod caput erat medicinæ, nullum auxilium nobis tulerunt, hoc est in transpositione Elegiarum, & confusione, qua non exigua pars huius poëtæ verum laborat, quod mirum nemini haec tenus ne oboluimus quidem. Atqui nos id primi odorati sumus, & ut re ipsa potius, quam prædicatione nostra cognoscas, nihil est quod huius tibi maiorem fidem faciat, quam prima elegia: quæ ita haec tenus confusa, & perturbata fuit, ut ne ipse Tibullus, si reuiniseret, suam agnoscat. Atquia omnes tantum huic poëtæ deferunt, & recte nico iudicio, ut paucis sint, qui non aures eius lectione tritas habeant: nemo est, qui nō eum se intelligere credat, quia enim character eius planus ac minime morosus est, propterea omnem dubitationem sustulit posse aliquid, quod legenti negotium facessat, in eo reperiiri. Atqui aliter se rem habere, ipsa editione, quam primum nunc noua incude recudimus, omnibus testatum esse volo.

Pag. 79, ver. 7 M E mea paupertas] Post hoc distichon repo-

nendum illud, N E C S P E S D E S T I T U A T. Dum, inquit, A  
meus focus assidue luceat, nec seges eludat fementem.  
Spes enim pro reditu frugum apud veteres ponebatur, ut  
apud Varronem. Vnde & Varro ipse spicam a spe dictam  
dicit. Nam, ut ait prouerbium Grecum, *ἀληθῆς εἰς νέον  
τηλούστος*. Quam autem bene hæc duo disticha inter se  
coagmata sunt, quid melius probauerit, quam absurditas  
illa, quam efficiebat interrupta sententia interiectum di-  
stichon, I P S E S E R A M.

8 D U M m e u s a f f i d u o ] Vetus excerpta huic poete ha-  
bent, non a f f i d u o , sed ex i g u o , quæ germana est lectio. Sup-  
petat, inquit, semper foco, quanvis exiguos ignis. Nam  
illo epitheto indicat tenuitatem suam. Ita Ouidius - parvo  
calfacit igne focum. & præclare Statius - dinesque foco lu-  
cente Tibullus. Diues, inquit, foco lucente, quanvis exigu-  
igne.

II I P S E s e r a m ] Post hoc distichon posuimus, N E C  
T A M E N I N T E R D V M P V D E A T T E N V I S S E B I-  
D E N T E M, A V T S T I M V L O T A R D O S, &c. quum hoc  
postuleret sententia. Ipse, inquit, infitioni dabo operam,  
quod est honestissimum munus rurantibus. non tamen, ut  
me aliquando piceat oves pascere, quod est infimum ru-  
re. Non negabunt homines docti hunc esse ordinem ho-  
rum versuum. Quam enim bene illi conueniat sedes,  
quæ olim huic disticho a librariis attributa erat, nemo  
non videt.

19 N A M v e n e r o ] Ante hoc distichon collocauimus  
illud, H I C E G O P A S T O R E M Q U E M E V M . Sententia  
ipsa cum suo loco restituit, ut absurditas eum loco alieno  
expulit.

cod. S E V s t i p e s ] Hic stipitem & lapidem coniungit non  
immerito, sunt enim termini. Ouidius:

*Termine, siue lapis, siue es defossis in agro  
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.*

Prudentius: *Ignoscit fatus hec tamen vulgaribus,*  
*Quos lana terret discolor in stipte.* Idem:  
*Deasciato supplicare stipti.*

*Verris cruento scripta saxa spargere.*

Stipites illi vocabantur Atiniæ. Lepides ipsi inscripti erant  
literis

literis quadratis vncialibus. Vnde Gammati dicebantur, qui **Gāuca** in scilicet habebant. Habes igitur, quid Albius noster per stipitem, & lapidem intellexerit.

**22 LIBATVM agricole**] Apuleius: *Iste vero nec Diis rationis, qui eum pascunt, ac vestiunt, segetis villa, aut vitis, aut gregis primicias imparit. nullum in villa eius delubrum situm, nullus locus, aut lucus consecratus.*

[Pg. 80, 6] **HOSTIA parua soli**] Repone ex veteri membra, **hostia magna**. Recte ex tenuitate sua dixit, neque id tantum intelligit, sed ait nunc vitulam esse agnam succedaneam, quia hostia seu victima magna dicebatur tantum de bubulo genere. quod olim me annotare memini.

**8 CLAMET, io messes**] Post hunc versiculum reposuimus illud Distichon cum sequenti, **A D S I T I S D I V I**. Nam Diui illi sunt ipsi Lares, ad quos sermo semper continuandus est. Quod enim ipsi Lares sint, manifeste declarant illa.

—*nec vos e paupere mensa*.

**Dona, neque e paruis spernите fictilibus.** Fictilia enim ista sunt patellæ, e quibus e mensa dapem libabant Laribus. Persius:

—*cultrixque foci secura patella.*

Ibi interpres vetus: *Cultrix foci, quia delibanda dapes in ea posite ad focum feruntur.* Varro: *Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, deos colere, in patellam dare puxporū pœas.* At quo ore haec distracterant homines inuenisti? Post duo autem haec disticha illud hoc retrahendum, **A T V O S E X I G V O**. **PRO ADSITIS DIVI** vetustissima Excerpta habebant, **Vos quoque adeste Dei.**

**10 NEC e paruis**] Codex infimæ vetustatis, **E P A R V I S**.

**18 SCILICET & solito**] Excerpta habebant:

—*satis est, requiescere lecto*

*Si licet, & solo membra leuare toro.*

Quod valde amplectimur. solum torum sibi superesse ait. Aliud est leuare membra in Moreto. hoc est tollere. hic requiescere.

**22 I M B R E iuuante sequi**] Haec est præsca lectio, non igne, ut vulgatae editiones. Sappho: — *υδωρ*

*Αμφι ἡ ψυχὴν καλαθὶ δί' οὐσταν*

h.j.

Μαλίνων. αἱ θυσυδρόμων δὲ φύλακων  
Κάλυξ καταρρέει.

23 SIT dunes irre] Excerpta illa aliter habent:  
— sit dunes, rure furorem  
Qui maris, & celi nubila ferre potest.

Hoc sensu, Diuitiem eum esse puto, qui abditus ruri ridet  
hibernas tempestates. Hoc enim valde cum superioribus  
coharet. Præterea pentametrum concinnius habet. Sed  
illi lectioni cum sequentibus non bene conuenit.

25 I A M modo non ] Assentior doctis viris, qui modo non  
μυρονοχι interpretatur. Sed vereor ut satis fideliter concep-  
ta sit hæc lectio in codicibus insimilæ vetustatis, quibus vi-  
funt Itali Critici. Nam nostra illa Excerpta, quorum fidem  
ego satis spectatam habeo, legunt: Quippe ego iam possum.  
Idque retinendum puto. Nam sane diu est, quum Tibul-  
lus multa vulnera accepit.

27 SED canis astinus] Huc usque omnia confusa ac per-  
turbata erant in omnibus tam scriptis, quam formis ex-  
cusiis. sequentia continuauit ab illo o Q V A N T U M E S T  
A V R I . illa enim loco mouenda non sunt.

Pag. 81, 3 NON ego laudari) Post hoc distichon retrahe hic  
quatuor disticha fugitiua, quæ in secunda Elegia inuenies:  
IPSE BOVES MEA SIM TECVM MODO DELIA,  
nempe, vt dixi, cum tribus sequentibus distichis. Quomo-  
do hæc suo loco luxata fuerint, proclivius est mirari, quam  
eius rei rationem reddere. vt non parum fecerimus, qui  
hæc suo loco restituerimus. Nolo enim aliter diligentiam  
nostram venditare.

5 M E A si tecum modo Delia] Lege, mea, sim tecum modo.  
Delia - vt supra dixit, tecum dum modo sim, & sequenti disti-  
cho eodem modo, dum teneris liceat retinere lacertis. Que  
omnia quam belle inter se apta sint, eruditiorum iudi-  
cium esto, quum antea ridicule alieno loco secunda elegia  
posita essent. Nos sane istos alieni loci inseffores verius  
inde iure pellendos censuimus.

9 Q V I D Tyrio recubare toro] Male hæc ab interpu-  
tionibus laborant. Ita enim legendum:

Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo  
Prodest, quum steti nox vigilanda venit?

Vigilanda venit, pro vigilanda est. qua in figura creberri-  
mus Propertius, vt

-- Non impune illa rogata venit,  
hoe est, rogata est, aut rogatur. Post hoc distichon repone  
FERREVS ILLE, ex eadem secunda elegia, vt non so-  
lum commissum sit in loco horum versuum, quum in alie-  
nam elegiam traducti sint, sed in suo sibi ordine, quum in-  
ter se confusi sint.

13 FERREVS ille fuit) Profecto legendum:

Ferreus ille fuit, qui te quum posset habere,

Maluerit predas stultus & arma sequi.

Est enim per hypothesis dictum, & vt barbarum vulgus  
Grammaticorum loquitur, potentialiter. Ferreus ille erit,  
inquit, quicunque te voluerit relinquere. Nam fuit: en al.  
& Maluerit, & cyprianus a, & cyprianus a. Virgilius:

Tros Rutulisque fuit. &c, Fors fuit. Propertius:

Cum Tiberi Nilo gratia nulla fuit.

15 ILLE licet Cilicum] De Cilicibus triumphet per me  
quidem licet. Nam tamen licet aliter video accipi hic. De Ci-  
licibus autem mentionem iniecit, quia eo profectus erat  
Messaala, ut alibi patet, quum ait, At te Cydne canam. & in-  
vitatus fuerat a Messala ad contubernium suum. Propterea  
supra iam responderet,

Te bellare decet terra, Messala, marique.

19 TE spectem] Recte ergo superiora huc traduximus,  
quum illa cum his belle contieniant. Triumphet ille de  
Cilicibus, quisquis est: Mihhi sufficit, si te spectem, quumi  
ultima dies mihi venerit. Quam enim verum sit ea apte &  
ex mente poetæ huc traducta est, non attinet dicere.

27 TV manes ne lede meos sed parce soluis Crimibus] Ma-  
nes offendit immoderato lessio, & planctu putabat veterum  
supersticio. quare & illud in monumento incidi iubebant:  
ut Narbone in veteri lapide:

...TIBI PRAETERITO. REDEAT. FELICIOR. ANNVS  
...CAPER. ET. FACILI. VITA. REGATVR. OPE  
...DVRAE. MORTIS. SACRATOS. LAEDE RE. MANES  
...ECCE. MONENT. LEGES. ET. LEVIS. VMBRA. ROGI.

Pag. 81, 3 HIC ego dux milesque bonus] Hic ego, inquit, bo-  
nus miles ero, o Mcflala, non ad Isauricum bellum, quo  
h. ij.

XII Tab.

me initias, ut sim in contubernio tuo. Propertius:

*Exitus hic vite supereft mibi. Vos, quibus arma*

*Grata magis, Crasfi signa referte domum.*

**I 6 I A N V A** difficultis domine] Scriptus liber, Domini. Quod rectum est. Domini. hoc est mariti. Sequentia id probant, ne forte putas aliud per dominum intelligi.

**30 N E C** docet hoc omnes] Hoc distichon spuriunt & insitium est, & quod caput est, ridiculum, atque, ut ille dicit, commiscile. Quare ne vere illi transuerso calamo notam culpa illinere. Non est enim, ut inquam Tibulli officina illud bona moneta cuderit. Putarunt otiosi & oscitabundi homines interruptam esse sententiam. At si illa genuina, quæ tam bene cohæret, interrupta est, quomodo tam aliena verba hic locum habebunt? Lege ergo, quæ Tibulli sunt, & illa expunge, videbis nihil elegantius illis esse: quæ, ne ego explicem, ipsa perspicuitas facit.

**a g. 83, i A V T** raptæ premia vestæ petat] Nonius, Premiatores nocturni predones. Nonius Agrypnubus: Nam in scena nos nocturnos capit premiatores tollere. Petronius: Aduocati iam pene nocturni, qui volebat pallium lucris facere. Scio nos olim adolescentes aliter hunc locum explicasse.

**Pag. 84, 6 N O N** vt totus abfet amor] Hic clauditur Elegia. Reliqua quo pertineant, partim diximus, partim dicturi sumus.

**19 ILLA** sacras pueri sortes ter sustulit] Tollere sortes est, καληδονίζειν. Vnde in veteribus inscriptionibus: **SORTIBVS SVBLATIS.** Item, **EXTRA SORTEM RVDERIBVS SVBLATIS.** Sortes erant signa, quæ dabantur aliqui pueri de triuio, quæ si conuenerant ei signo, quod ille, qui sortes dederat, habebat in animo, tunc bene secum agi putabant. Apud Euripidem Hippolyto:

Ἐ δέλπες ἡδὲ καῆρος δεξεράνην—  
Interpres, καῆρος, ἐστὶ τὸ σημεῖον πὲ διδόνων Τοῖς μαρτυρούσιοις, εἰ φῶν οἱ μαρτυρεῖς ὄρμαώδοις περιπτύθοισι αὐτὶς θυνταὶ μελονταν· τῷ δὲ μαρτυρεῖν οἱ μάρη ὄρησι περιστέχουσιν, οἱ δὲ καῆροις.

**20 E** triuiss] Puer et triuiss, ὁ πυχλός. oportebat enim ignotum esse, ne sciens, & prudens aliquid eorum facere vide-

rerur. Sic dictum puer et truijs, ut apud Attium, de vico A*spices*, item, de Circo Astrologi. Ter autem, ut, quod tertium addixisset, id certissimum omen esse putarent. Propterea fortasse dixerit Ausonius -- *omina trina*.

25 A V T ego sum caussatus, aues dant omnia dira] Nihil minus certum, quam hæc lectio. Legendum.

*Aut ego sum caussatus aues, aut omnia dira  
Saturni sacra me tenuisse die.*

Nolo venditare quanto melius sit ex sententia Tibulli hoc, quam illo modo legi.

31 Q VID tua nunc Iſis tibi Delia?] Lege mihi, non tibi ex veteri scriptura. Nam liquet eam pro Tibulli morbo in casto Iſidis fuisse.

Pag. 85, 5 V T mea votiuas] In infimæ vetustatis libro Et, non Vt. Magnum autem mendum est in hoc versu, *voceſ*, pro nocteſ.

*Er mea votiuas perſoluat Delia noctes.* Propertius:

*Triftia iam redeunt iterum ſolemnia nobis.*

*Cynthia iam noctes eſt operata decem.* Iter.

*Votiuas noctes & mihi redde decem.*

3 In nostro libro autem perſoluat, non perſoluens. Ita erit auctoritatem. utraque lectio defendi potest. Illud tantum conſeruit, noctes, non voceſ legendum.

6 A N T E ſacras lino tecta] Linigeri Calui, qui Iſiaca ſacra geſtabant, apud Martialem. In libro Catalectorum, quæ nos publicauimus, ſecundo:

*Carbaſeo poſt hunc artus induitus amiſtu*

*Memphidos antique ſacra, Deamque colit.*

7 B I S Q V E die reſoluta comas) Hæc, puto, non aduerterrunt Grammatici, quare ſcilicet bis in die dicere laudes Iſidi debeat. Sciendū prima hora ſacerdotes Iſidis templum aperiſſe ſolitos, idque Apertio vocabatur. deinde ſalutabant Deam, quod Salutationem, & Excitationem vocabant, poſt, totum diem ſtipem emendicabant. inde ad octauam redibant, & deam componebant, & templum claudebant. Hoc igitur eſt bis die Deæ laudes canere, & mane quum ſalutatur dea: & hora octaua, quum templum clauditur. de Apertione templi Apuleius Milesiæ fabulae libro undecimo: *Rebus iam rite consummatiſ, incobatæ lucis*

salutationibus religiosi primam nunciantes horam perstrepunt. A  
 Infra: Illico Deo matutinis perfectis salutationibus summo studio  
 percurrentabar singulos. Item: Rite solenni apertione celebrato  
 ministerio, ac matutino peracto sacrificio. Arnobius libro se-  
 ptimo: Quid sibi volunt excitationes ille, quas canitis matutini  
 collatis ad tibiam vocibus? obdermiscent enim Superi, remeare ut  
 ad vigilias debeant. Quid dormitiones illae, quibus bene utra-  
 leant auspicabili salutatione mandatis? Sonni: enim quiete solun-  
 tari: occuparique ut hoc possint, lenes audiendi sunt neniae? Vbi  
 plane habes de prima hora, de salutatione & excitatione  
 Deo, de apertione templi, de laudibus deo ad tibiam can-  
 tatis, quod hic dicit Tibullus. Quare υμωδις eos vocat  
 Porphyrius οντοχει εμψηλον. sed loquitur de Serapidis  
 sacro, quod nulla in re differebat ab Isaaco. καὶ τοιοντοι, in-  
 quirit, θεωρετες ει τοις ιεροις, ωσπου εη τοι ει τη μονιζε  
 τη αγιου στρεπτος, οη τε θερεπια δια πυρος η ιδατος γι-  
 νεται, λειφοτος η υμωδιου το ιδωρ και το πυρ φαγοτος, θη-  
 νικα εσται οη η υδω τη πατειω τηλο αρχην φωνη επιειρη  
 Σερ. Tertullianus libro de ieiunio: Nam & Ioei exclama-  
 uit; Sanctificate ieiunium, & orationem: proficiens iam ex tunc  
 & alios Apostolos & Prophetas sancturos ieiunium, & predica-  
 turos officia curvantia Deum. Vnde & qui in idolis comedis, &  
 in hac re ornandis, & ad singulas horas salutandis adulan-  
 tur, curationem facere dicuntur. Vides Salutationes illas  
 dici Curationes, ut θερεπιαν vocat Porphyrius. Atque  
 haec quidem de prima hora, de octaua Martialis:

Nunciat oclauam Pharie sua turba iuuenie,

Atque pilata redit iamque subiturque cohors.

Ita legendum in Martiale, non, ut hodie editur, Et pilata,  
 prima longa, piec depilabant Calui Isidis, hoc enim &  
 pilare dicitur. Idem Martialis:

Nec plena turpi matris olla resinæ,

Summenianæ qua pilantur vxores.

Volsos enim fuisse vel nomen Caluorum, quo appellau-  
 bantur, probauerit. οη οη οη hoc Græci vocant. & Iue-  
 nialis - - resinata iuuentus.

cod. TIBI dicere laudes] υμωδιην, vt iam diximus,  
 quod male quidam ad votivas voces, quod superius dixit,

Accommodant, quum locus sit corruptus, & a nobis iam emendatus.

Pag. 86, 15 *TVM niger in turba*] Codex infimæ vetustatis non in turba, sed in porta habet, recte. Legendum autem:

*Tum niger in porta serpens, tum Cerberus ore*

Stridet -- Niger serpens, Hydra, quam etiam in porta collocat Virgilius libro sexto:

*Centauri in foribus stabulant, Scyllæque biformes,*

*Et centumgenitus Briareus, & bellua Lerna*

Horrendum stridens - - - - - quam omnia aperte hunc locum illustrant.

21 *TANTALVS est illic & circum stagna*] Manifestum mendum. Legendum:

*Tantalus est illic, & circa stagna.*

Idem mendum apud Propertium de eadem re:

*Fons egens erro, circaque sonantia rini.*

Lege: *circoque sonantia rini.* Circare, est *περιπετεία*, unde Circanca aus ab eo dicta Milvius; quod semper circando agros obserret. Glossaria, Circitat, & Circat, *κυκλάς*. Circito, *κύκλωσις*. Circitor, lustrator, *κυκλούτων*. Ita nos primi hoc verbum postliminio Latio restituimus. Eo virtutur hodie Hispanicus idiotismus eadem significatione: Italicus, & Transalpinus paulo inflexiore, nam pro inuestigatione accipiunt, Cercar.

30 *DEDVCAT plena stamina*] In nostro est *Δραχαισμός* Pleno.

31 *AT circa granibus*] Maiuscula C scribendum Circa, est nomen puella, *κύρη*. Horatium semper Circam non Circem dixisse testatur Caper Grammaticus. Sed codex noster habebat, *Cura*, non Circa. Ne ita quidem propterea non erit nomen proprium. *κύρη* enim est puella. Si quis aduerbiale mauult, ego non magnopere pertendo.

32 *PAVLATIM somno fessa remittat opus*) In meo est, onus, quod perplacet. Est autem idem quod Plautus in Casina: -- *nam vbi domi sola sum*,

*Sopor manus caluitur, iussin' colum ferri milii?*

Pag. 87, 1 *NEC quisquam nunciet ante*] Quem morem vide apud Plutarchum in Questionibus Romanicis.

h.iiiij.

15 ARMATVS curva) Hic versiculos liquido extat in nostro infimæ vetustatis, quo tamen vetustiorem non habent Itali Critici. quod ex illorum editionibus certo affirmare possum. Quare quod in quibusdam, vt ipsi aiunt, hic versus abest, potuit negligentia librariorum id committi. quod autem fragmentum hoc putarit esse: facile ignosco illis propter abruptam sententiam. quod non alia de causa accidit, quam quod hic, vt in alijs transpositio facta est post hoc enim pentametrum colloquendum est distichon: *T V P V E R O Q V O D C V N Q V E T V O.* At sequens distichon, *O F V G E T E T E N E R A E* cum duobus sequentibus, vbi sit colloquendum, suo loco ostendemus.

18 SED ne te capiant) Quam recte ante hoc distichon illud colloquauimus, quum sententia ipsa tam clare aperiat, quid opus est dicere? Hic enim est principium præceptorum & regularum illius *αστλαροτεχνιας*. quod utinam nunquam illis veteribus in mentem venisset.

30 AT si tardus eris) Legendum: *Ah si tardus eris.* Ele-gans admodum μιμησις. Hoc enim dicitur ex alia persona, nempe amantis, quem hac in re εισπνων vocabant Lacones. verba, inquam, eius ad puerum. Vide, quam bene nunc cohærent, qua adeo luxata antea, ac perturbata erant. Hoc enim præcipit dicendum puer, & peierandum in amatorijs και παιδικοῖς, si licet.

Pag. 88, 1 Q V A M citoformosas populus alta comas) Liber noster habet, ante comas, recte profecto. ante comas, τας φρη κόμας, hoc est hornotinas comas. τας έβας dixit Thocphrastus. Sic Catullus.

*Sed tu olim magnos vicisti sola furores.*  
*Olim furores, τας πάλαι. Et Virgilius antemalorum, την πάλαι κα κών.*

8 SOLIS eterna est) Haec tenus μυηπηκώς, nunc reddit in orbem flagitosorum præceptorum suorum. Subdendum enim statim distichon, *N E V C O M E S I R E N E C E S.* continuatio enim est eius, quod primo præceperat.

*Tu, puerò quodcunque tuo tentare libebit, Cedas.* -

13 VENTVRAM admittat imbriser) Eleganter Admittat. Quid sit admittere equum notissimum est. Vnde Ouidius:



*Ectelr admissis labitur annus equis.*

& idem alibi aquas amnis admissas vocat. Sed noster codex aliam lectionem præfert, nempe, *renturam amiciat*. Quod rectissimum est. Nam aqua amictum intelligit, quod Physicus, & Meteororum indagator valde probabit, sed duplice ist scribendum, *amiciat*, ut quum volunt producere obice, addunt i alterum, immo restituunt, *obiice*. ab ob enim & iacio est. vt *amicio*, ab *an*, & iacio.

16 D V R O *subiisse labori*) Duros subiisse labores. liber scriptus.

17 AT T E R V I S S E manus) Grammatistæ attenuasse superposuerant. Vide quid super hoc in Varronis libros rerum rusticarum annotamus.

24 P O S T offeret ipse volenti) Noster: - mox offeret ipse roganti, quod melius est.

Pag. 89, 8 B L A N D I T I S *vult esse locum*) Legendum sine dubio Blanditis. Ita loquebantur veteres. Propertius:

*Blandite que fluant per mea colla rose.*

7 Supplicibus est substantiuum, vt sæpius. Quare nihil mutandum. Non enim leuiter interpunctionibus suis hæc corruerant Grammatistæ. Lege igitur:

*Blanditis vult esse locum Venus ipsa querelis.*

*Supplicibus miseris flentibus ipsa fanet.*

10 H A E C ego quæ canerem Titio) Iamdudum monuimus hic legendum esse, canerem, non canerem, tertia coniugatione. quæ caussa fuit, vt insolentia coniugationis corrupta fuerit locus. Iurisconsultorum & prudentum more se de amore respondere & cauere alijs profiteretur, vt ipsi de iure respondebant. Aperta iam sententia. Nam Titium esse Iurisconsultorum personam Τίτιον τιλων, vt Philosphorum Θέωρα, Δίωρα, iam nemo potest ignorare. In quo tamen imprudenter faciunt, qui Titium, aut Tityum, ματθητική Tibulli accipiunt.

II S E D Titium coniunx) Post hunc versum inserenda tria disticha, quæ superius alieno loco expunximus, o F V G E T E T E N E R A E. Nam & hic mira elegantia ματθητικῆ dictum ex persona vxoris. Quæ, candide lector, quum luce clariora esse videas, quid prius debebas hanc lectio- nem amplecti, an perturbatam illam vulgarem exhibilare,

incertum est, sed utrumque debes, meo iudicio, quin haec nostra vera sit, & illa inepta, præpostera, confusa.

17 V I R G I N E V S tenerus ] Haec tenuis matrona. Sequitur enim Tibullus. Pareat ille fuis. Sequatur, inquit, illa præcepta. quæ? o F V G E T E T E N E R A E.

18 V O S me celebrate magistrum ] Recte magistrum. Inris consultum & Prudentem agit. & post verbum aptum ei rei, C O N S U L T E T . & postremo : V A N A M A G I S T E R I A . Haec enim potius ad Q . Mutium, aut Ser. Sulpitium, quam ad poetam lenticulum pertinebant, ut & illa:

Deducat innatum sedula turba domum. obi

31 N A N Q V E agor ut per plana citus sola verbere turbo] Scribe turben auctore Charisio libro primo institutionum Grammaticarum. Turben, inquit, Tibullus: Nanque agor, ut per plana citus sola verbere turben. Quem Maro v 1.1. turbonem vocat. - tortus sub verbere turbo. Recte Charisius. Nam si in Q analogia postulat ut in obliquis turbonem faciat. Sic termo, non terminis, sed termonis faciebat. Festus: Termonem Ennius Graeca consuetudine dixit, quem nos nunc terminum, hoc modo: Ingenti radit cursu, qua redditus termos. Si vero in EN, facit obliquos terminis. Varro: Itaque terminus quem in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Attium, non Terminus, sed Termen. Ergo ut Termo, termonis: Termen, terminis: sic Turbo, turbonis: Turben, turbinis dicebatur. Turbo est βέμετζις.

Pag. 90, 4 P E R venerem quo<sup>3</sup> compositumque caput] Componere caput, iungere caput, limare caput, idem. Ouidius.

Perque tuum, nostrumque caput, quod iunxit me rna.

7 I P S E Q V E ter circum] Scriptura, & sententia postulat, ut te non te regas.

8 C A R M I N E quum magico præciniasset anus ] Correctorum inuentum est præciniasset. Nam scriptura vetus, proibuit. Id καὶ τὸ σημανόδον intelligendum. procumbebat enim magicum carmen immurmurans.

10 T E R salsa deueneranda] Liber noster, sancta, non salsa. utrumque defendere potes.

11 T V N I C I S Q V E solutis] Sunt resolutoria sacra. vide quæ in Festum notauiimus.

12 V O T A nouem Veneri ] Ineptissime hic Grammatista



Veneri pro Trinie, que erat vetus lectio, supposuerant.  
Sunt enim non Veneria sacra, sed Stygia, & Cocytia.  
quorum ritum & caussam vide in ijs, quæ in Cirim scri-  
psumus.

19 PLENIS in lntribus vñas] Seruius nondum excusus  
in illud: - cauat arbore lntres. Alii, inquit, lntres, in quibus  
vna portatur, accipiunt.

31 H A E C mili singebam] Post hoc distichon, illud, NVM  
VENERIS MAGNAE VIOLAVI NVMINA VERBO,  
cum nouem sequentibus ponendum est hic, qua omnia  
haстenus perperam secundam Elegiam claudebant. Mira-  
tur Tibullus, vnde factum cur fructuа de Delia sperarit,  
au Veneris nomine læso, an aliquo alio Deo, vt sibi riua-  
lem superinductum videat. Quæ omnia ita sententiam  
hius elegiа continuant, vt magno huius poetæ & poe-  
sios Latinæ studiosorum damno hæc distracta haстenus  
fuerint.

Pag. 91, 5 NON ego tellurem genibus] Veterum supersticio.  
lunenalis: - inde superbi

Totum Regis agrum nuda, ac tremebunda cruentis

Erept genibus - Dio libro quadragesimo tertio de  
Caſare triumphante: καὶ Τε ἐ πός αἰαθαῦσι πός ἐ  
πι καπτωλιφ τοῖς γράσιν αἱρέψι μάτετο. Idem de Claudio  
victore Britanniæ: πεικητήεια τε τε ἀλλα καὶ τὸ νομιζό-  
μενον πρεσβύτερον, καὶ τοῖς αἰαθαπιοὺς τοὺς εἰ πεικητωλιφ  
τοῖς γράσιν ἀναστὰς διαφερόντων ἀπαλν τῷ γαμβρῷ ἐκα-  
τερώθεν.

9 AT tu qui letus] De hoc iam conquerebatur paulo  
superius:

Omnia persolui, fruitur nunc alter amore,

Et precibus felix ruitur ille meis.

cod. 9 AT tu qui letus rides] Hæc corrupta, & male inter-  
puncta sunt. Ita lege:

At tu, qui letus rides mala nostra, caueta

Mox tibi, non vñus ſequet: vñque deus.

Qui nos rides propter calum nostrum, time & tuum ca-  
ſum. Nam fortuna non conſtanter ira in me ſauiet ſem-  
per. non vñus, vt Græci ρχ ὄμαλος. Ita enim habet codex

noster, non, ut vulgo, non vanus. Plane huius distichi  
dissimilata est sententia in ipsis vulgaris editionibus.

**II MISEROS lusisset amores) Infra:**

Hic Marathus quondam miseris ludebat amantes.

In nostro est, LESISSER. Alibi.

Quid mihi si fueras miseris lesluris amores. Fortasse:

Vidi ego, qui iuuenis seros desisset amores.

Vidi, qui tandem ab amore desisteret. Propertius:

Lynceus ipse meus seros infant amores.

Definere aliquam rem, sciunt & pueri Latinum esse. Sed  
melius quidam libri. Vidi ego qui iuuenem, ut traeictio facta  
sit, pro: Vidi iuuenem, qui. Ouidius Elegiarum libro primo.

Quam face sustineo tecla superba petam.  
hoc est, face, quam sustineo.

**17 TVRBA circumstetit] Suspicer legendum esse, circumstrepit.**

**22 SAEPE ego tentau) Est initium Elegie.**

**27 ET pudet & narrat) Lege: Et, pudet hei, narrat. Veteres ei sine aspiratione scribabant. vnde fecerunt, ET.**

**28 FACIE tenerisque lacertis deuouet) Afranius:**

Si possent homines delinimentis capi,

Omnes haberent nunc amatores anus.

Aetas, & corpus tenerum, & morigeratio

Hæc sunt venena formosarum mulierum,

Mala etas nulla delinimenta inuenit. Ouidius:

Moribus & forma conciliatur amor.

**Pag. 91, 6 ESCASQUE sepulchris querat) Maiorem egestatem praefat membrana nostra;**

- herbasque sepulchris querat -

Nam escas e silicernio rapere non ita miserum, ut herbas  
ex veteribus monumentis vellere.

**9 POST agat hanc triujs) Noster: Post agat a triujs. Canes a triujs, ut Ouidius Asella a mola.**

Vt rudi ascabraturpis asella mola.

**14 PAVPER erit presto) Mirum in vetustis Excerptis  
longe diuersius conceptum hoc distichon extare:**

Pauper erit presto, semper te pauper adibit

Primus, & in duro limine fixus erit.

Vulgata tamen lectioi subscriptis Ouidius:



*Quando non fixus lateri spatiantis adhaeſe*

*Ipſe tuus custos, ipſe vir, ipſe comes?*

*Illam alteram tuerit Tibullus ipſe:*

*Hec foribus que manet noctu me affixa -*

*Affixa foribus, & fixus in limine. idem,*

*17 SVBICICT QVE manus, efficietque viam) Horatius*

*id voluit: -- extrahe turba Oppositis humeris -*

*22 M E A furtacaueto) Ita etiam noster, non, ut quedam*

*editiones, mea fata. Caueto ne imponam tibi, vt tu nunc*

*mihi.*

*23 VERSATVR celeri fors leuis orbe rote) In excerptis*

*orbis cito. Fortasse melius conuenier temporibus Tibulli.*

*quod eo tempore globo potius quam rotæ insistentem fa-*

*cerent, quod ego in multis numis natis memini me lege-*

*re. In quibus fortuna gubernaculum tenens pilæ uno pede*

*insistit. Pacuvius Dulorest:*

*Fortunam infanæ esse, & cæcam, & bruta perhibet philosophi.*

*Saxo que instare globoſo predican volubili.*

*Ia quo facium impulerit fors, eo cadere Fortunam autumant.*

*Addè quod Ouidius ita loquuntur, nō addita rotæ mētione:*

*Nec metuis dubio Fortune stantis in orbe*

*Numen, & exose verba superba Deæ. Item:*

*Te fieri comitem stantis in orbe Deæ.*

*Etautem sententia Terentiana, vel potius proverbiū:*

*Omnium rerum vicisitudo. & de eadem re dictum, de qua*

*& hic apud Tibullum. Porro hoc pentamerio clauditur*

*hæc elegia. Nam sequentia alio transferenda, ut mox vi-*

*debinus.*

*25 SEMPER vt inducar) Magis sententiæ conuenit*

*scripta leſtio, inducas.*

*31 ILLA quidem tam multa negat.) Lego, iam multa. Est*

*locutio archaica. multa negat. Ennius:*

*Quanquam ego multa manus supplex ad cerula celi*

*Tendebam lacrimans --*

Pag. 93, 2. HE V. heu nunc premor arte mea) Ouidius:

*Multa miser timeo, quia feci multa proterue.*

*Exemplique metu torqueor ipſe mei.*

*15 ILLAM sicut uerus ad aras) Ratio postulat, vt le-*

*gatur, ad aram. Unica enim tantum erat, & statuebatur in*

domo Cōsulis eius, cuius eo mense fasces erāt. Propertius: A  
Interdīcta viris metuenda lege piatur,  
Quæ se summota vindicat atra casa.

24 INSTABAT tota cui tua nocte canis] Post hunc ver-  
sum pentametrum sequi debent tria disticha, quæ supe-  
riorem elegiam claudebant: NON FRVSTR QVI  
DAM IAM NVNC IN LIMINE PERSTAT, auctore  
Ouidio, qui ita secundo Tristium post multos huius ele-  
gic ad verbum recitatos versus tandem ita ordine claudit:  
Scit cui latretur, quem solus obambulat ipse.

*Cur toties clausas excreet ante fores.*

*Cur legendum, vt posui, non Cui, vt est in vulgatis. docet  
nos Ouidius, quo sensu hec accipiēda sint, μηνην τας enim  
de se ipse Tibullus ait, tanquam moneat virum, quod arti-  
ficiosissime factum a poeta, vt nescio an locus illuftrior in  
toto Tibullo sit. Quasi diceret: sāpē ego obambulans ante  
fores excreo, vt illa me audiat. absque Ouidio ho-  
rum versuum sedem propriam ignoraremus, quanquam  
eos ex fine superioris elegiæ expunxeramus. præterea &  
verum huius loci sensum sine ciudem ope diuinare diffi-  
cile erat. Vides candide lector, non iam nouum esse, con-  
iectura nostra tot versus in hoc poeta suo ordini restitu-  
tos, quum videoes huius rei nos fideiūsorem locupletem  
Ouidium habere.*

27 ET simulat transire domum] Hæc & alia innuit se fe-  
cisse sāpē, quanvis terria persona loquatur.

29 V T E R E quæso dūm licet] Hoe accendit stimulos  
ζλοτυπίας ipsius viri.

30 IN liquida nat tibi] In nostro, iam tibi. Ouidius eo-  
dem modo:

Nauget hinc alia iam mihi linter aqua.  
Prouerbio huic illud cognatum apud Senecam: Ferrum  
tuum in igne est.

32 SERVARE ab] Ab deest in nostro.  
Pag. 94, 6 EFFL VITE effuso cui toga lapsa] Lege laxa. Horatius:  
Malibinus tunics demissis ambulat.

Ab eo Descapulatos iuuenes appellauit Seneca.

14 SPAG GIT inulta deam] inulta passiuæ, à dūo.

18 NE pīgeat magno post didicisse malo ] Venuste detorist

in suum sensum prouerbium. - περὶ δὲ τενήσιος ἔργων.

22. si tamen admittas ] Si tibi videtur, si hoc tibi cordi est, opto ut illa Bellonaria anus nullo pondere verba effuderit. Ita hic versiculos exponendus.

29. VIVE diu mihi dulcis anus ] Lege, mi dulcis anus, αρχήνας mutauit genus.

Pag. 95, I. Q. V A N V I S non vitta ligatos ] Quanuis sit libertinae conditionis. Nam si non habet vittas, non sequitur statim meretricem fuisse.

5. ET sequit peccasse ] Lego:

Etsi quid peccasse putor, duc terque capillis

Immerito, properas proripi arque vias.

Continuādum autem uno colo cum superioribus. Quanuis libertinæ conditionis sit, quanuis duris legibus me adstringat, quanuis denique ob exiguum culpæ suspicionem male multer.

6. P R O P R I A S ) Ita scripta membrana. sed legendū properas.

9. N E C s e n o ) Scriptus liber, Ne seno. recte. Ita ergo continuandum:

- optarim non habuisse manus, Ne seno sis casta metu.

Nolini, inquit, te manu verberare, ne coacta & inuita continearis in officio.

II. AT que fidafuit nulli ) Nihil profecto hic deest.

13. A N N E C T I T liciateli ) Tela hic numero plurali, sunt instrumenta textoria. Alibi:

Atque aliqua aſſidue textrix operata Mineruam

Cantat, & apploſo tela ſonant latere.

Seneca Epiftola vna & nonagefima: Quemadmodum tela ſuſpenſis ponderibus rectum ſtamen extendant. Male enim ex culum eſt, extendat. Ait illam operas diurnas teſtare lo care.

14. T R A C T A Q U E de niueo ) Aliter concepta lectio in noſtro:

Tracta que de niueo vellere duclā putat.

Tracta neutro genere, & tracta feminino Græce ſunt καπίματα εἰλον. Glossæ Tracta, θηλυμάτα, μηρύματα.

Varro: Mutuum muli ſcabunt, θηλημάτων. Ut vendem

tuniculam poneret quotidie, ut rieret torum; denique etiam suis manibus lanae tractam ministrasset infectori. Ab ea similitudine in panificio tractae dicuntur; ut apud Catonem, & Athenaeum. Putare est præsca lingua purgare, ut nemini paulo humanoiri ignotum est. Putare lanam Graci dicunt κροκοδύζειν. Philætius poeta: - κροκοδύζουσαν αὐτὸν κρηταῖον. Græmatici exponunt, εὐλέγουσαν τὸ πτεραῦλον οὐ εἰσίν. Latini Carrere. Plautus Meneæchmis:

Inter ancillas sedere iubeas, lanam carrere.  
Ab eo carduus, quia aptus carrendæ lanæ. & carmen, instrumentum ferreum ad carrendum lanam. Lucretius libro quarto:

Semper enim noua se radiorum lumina fundunt,  
Primaque dispereunt, quasi marcie lana trahatur.  
Ita habent meliores Codices. Lege carmine, inuersis literis.  
A quo verbum Carminare. Aliud carmen a canendo. Carmen instrumentum hoclanificium intelligit Iuuinalis:

Qui docet obliquo lanam deducere ferro.  
Putare igitur lanam, est κροκοδύζειν. Titinius Fullon.  
Date pensam lanam, qui non reddet temperi  
Putatam recte, facite ut mulietur malo.  
16 tot mala ferre senem] Senex mulier. Pomponius in epigrammatio:

Nam vere pusus tu, tua amica senex.  
& Cicero dixit famam senem.  
24 H V N c fore Aquitanas posset qui fundere) In nostro,  
Spargere.

25 Q V E M tremeret fortis milite vicitus Atax] Nusquam inuenies Galliam Narbonensem aliquid mouisse eo tempore, ut opus fuerit Augusto Messalam in eas partes mittere. Deinde Aquitanas gentes tantum vicisse ait. Item alibi Gentis Aquitanæ victorem appellat. non est dubium, quin amplior futura esset gloria triumphi, si de vniuersa Gallia triumpphasset, non de parte tantum Aquitania. Citauius in Catalecta inscriptionem, quam Itali nobis typis excuderunt: M. VALE RIVS M. F. M. N. MESSALA A. DCCXXVI. CORVINVS PROCOS. EX GALLIA VII. K. A. PR. At, si illa vera est, neque commentitia, ex Gallia



Gallia profecto interpretandum est, Aquitania. Nam tum Narbonensis non vocabatur Gallia. Quid ergo? Ego puto mendum esse in voce *Atax*, & legendum *Atur*. de Ature vel Atyro fluui Nouempopulaniæ nostræ, qui naviiorum etiam grauium patiens est, satis in lectionibus Ausonianis diximus. Et profecto ea est vera lectio. Ipse Atur ex montibus Pyrenæis fluens in Tarbellis supra Aquas Tarbellicas Oceano Tarbellico excipitur. eius fluuij nos pene caput in Bigerronibus vidimus. Quin etiam sententiam nostram confirmat ipse, quum Tarbellam Pyrenem testem militiæ sua laudat. In eo enim tractu est fluuius ille. At de Atace nugæ profecto. Sed id nomen, quia cuius obium erat, pro eo, quod minus vulgatum iam tum erat, substitutum est. Noster codex autem habebat *Attas*. At in veteribus libris u pro a, & r pro z non raro ponunt, qui carum literarum studiosi sunt.

26 NOVOS pubes Romana triumphos ] Mirum de hoc Aquitanico bello nihil in veterum monumentis proditum extare.

29 PORTABIT nives ] Vitium librarium b pro u. Portauit enim debuerant scribere.

30 NON sine me est tibi partus honor tua bella Pyrene] Iam monuimus Tarbella Pyrene legendum. ut qui de eo dubitarit, dignus sit, qui nunquam Chorographos & Geographos legat.

31 TESTIS Arar ] Arar vicinus finibus præscæ Aquitanæ, Rhodanus etiam proxime ab ipsis finibus aberat. Nam sanc illæ gentes, quæ Rhodano continebantur, nihil tum turbabant, neque de illis Messalam triumphasse unquam mihi persuadebo.

Pag. 96, 1 CARNOTI & flami ] Noli dubitare quin legendum sit:

Carnuti & flumi cœrula lympha Liger. Ut Tiberis Tufcus amnis dicitur, ita Ligerim Carnutum fluuium vocat. fines autem Carnutorum secat Liger. quod nemini dubium est, nisi ei, qui omnino ἀγνοεῖντις sit. Cœruleum vocat, hoc est æquoreum, quia Oceanum intrat per se, & æstuaria efficit. Nam cœruleus est æquoreus. Iuvenalis: Illic cœruleos, hic pisces fluminis.

i.j.

2 AT te Cydne canam] Sperat alium triumphum Messala ex Isauria, in qua tum belligerabat Messala. Nam supra dixit:

Ille licet Cilicum victas agat ante ceteras.

5 FRIGIDVS intonſos taurus arat] Tauris synecdochicos pro ipsis incolis. Cilicas altera synecdoche pro Cilicia. Ouidius:

Crete nutrito terra superba Ione.

Qui legunt alat, profecto hac considerare debebant, ut taceam, quod alas subiunctiuius non conuenit hic. Sed, nisi fallor, hypallage est, Taurus arat Cilicas, pro, Cilices arant Taurum. Virgilius: Talem diues arat Capua -

7 ALBA Palestino sancta columba Syro] Noſter codex legit ſuo, nou Syro. & recte, neque enim Celta Gallus dicitur, neque Romanus Latius. Sic nec Syrus Palæſtinus.

31 CRVRA licent dura compede pulsa] Noſter:

Cruralicet dura cuſſide multa fōent.

ſed τὸ cuſſide natum ex vitioſa ſcribendi conſuetudine, cumpide, cumpis, cumpidis. Multa autem pro , pulſa, ve- rum eſt. Ita ſupra: Illa quidem iam multa negat. Idem eſt ἀρχαιοῦ.

Pag. 97, 1 LENIS & aptus amor] Noſter: & lenis aptus amor.

6 HVC ades & centum ludos] Virgilius:

Centum quadriugos agitabo ad flumina currus.

8 ILLIVS e nitido) Illius, Genij. Alibi:

Ipſe ſuos Geniuſ adſit viſiſus honores,

Cui deocrent ſanctas mollia ſerta com. as.

Illius puro diſſilient tempora nardo,

Atque ſatur libo ſit, madeatque mero.

10 TIBI dum thuris] Tibi dem. liber noſter. Ouidius:

Libaque dem pro te genitale notantia tempus.

14 NO N taceam ) Nec taceant, liber noſter. id eſt li- beri tui.

21 CANDIDIOR ſemper candidiorque] Candidior candi- diorque, vetus locutio. Apuleius Mileſia fabulæ libro octauo: Non nunquam etiam cena poculoque communi carior cariorque factus. Silius libro decimoquinto:

-consul onans maior majorque videri.

Græcanica loquutio. Xenophon: οἱ δὲ ὄχλοι; θέλειν καὶ

πλείων ἐπέρρηψεν. Sic magis magis Gracum est. Eupolis:  
πῶς ζεῖται μόδιον θημερέψει τὸ περιστονήσυχον

Ἐπιποτα μάλλον μάλλον --

Pag. 98, 1 QV ID fuso splendente genas onerasse] Fucus erit sandix, & cerussa. Sed optima illa excerpta habebant succo, non fuso. Ego puto legendum:

*Quid succo splendente genas onerasse?* -

Succus splendens est crassius sputum ex madido pane, ut ius collyricum, cuius illitu genis splendorem conciliabant. Tertullianus de cultu mulierum: Ad mensuram neminem sibi adicere posse pronunciatum est. Vos plane adicitis ad pondus, collyridas quafdam, sputorum umbilicos cervicibus astriuendo. Collyridas vocat a succo crassiore, unde offas etiam vocat Inuenialis:

*Sed que mutatis inducitur, atque sonetur*

*Tot medicaminibus, coelique filiginiis offas*

*Accipit, & madide facies dicetur, an rucus?*

Ex pane enim filigineo id siebat. Idem:

*Et pressum in facie digitis extenderet panem.*

Suetonius in Othone: Quin faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere consuetum, idque instituisse a prima lanagine, ne barbatus unquam esset. Sputum autem Tertullianus vocat tenuem corium, aut crustam, qua ex illo tectorio inducebatur. Martialis: Hoc limitur sputo Iani caryota Calendis. sputo, corio tenui, sputi umbilicos, bullas & pompholygas illius crustae. Repte autem onerasse genas. Vnde Tertullianus dicit mulieres adicere ad pondus sui moduli, quum crasto illo pane faciem onerarent. Recepta lectio defenditur Plauti auctoritate:

*Venisti huc cum exornatis offibus.*

9 CANTVS vicinis fruges traducit | Recte exprimit verbum excantare duodecim Tabularium. Excantare fruges non est simpliciter incantare, sed e loco in locum carminibus traducere. Ouidius:

*Nec seges ex aliis alias transfibit in agros.*

In nostro libro erat deducit, non traducit.

25 AT Venus inuenit ] Lege Inueniet. cætera docebit Venus.

co. CONCVMBERE) Lege succumbere , ex veteris scri-  
ptura. Catullus:

Sed cuius quanuis potius succumbere fas est.

26 D V M timet ) Omnino legendum , Dum tumet . op̄j̄x.  
co. E T teneros conserit usque sinus ) Lucretius - muliebris  
conserit arua. & in Oraculo : μὴ αὐτεπτέκων ἀλογα δεμό-  
νων βίζ. Locus haec tenus non intellectus. έμοι δὲ τὰ ξεπρη-  
τα ἐνθέσεν δύσαται κείσθω.

29 N O N lapis hanc gemmeaque iuuant) Lege:

Non lapis hanc gemmeaque iuuent, que frigore sola

Dormiet: & nulli sit cupienda viro.

ii ιγρονοτοντα εἰσετα φρόδητος , γράχασις ἔστω.

Pag. 99, 4 E T faciem dema pelle referre nouam ) Putabam no-  
stro tempore tantum hoc incepisse. Sed, quantum video,  
non minus illæ veteres lupæ insaniebant, quam hæ no-  
stræ ætatis.

7 H E V Marathum torque) Lege : Ne Marathum torque.  
Et libro quarto : Neu iuuenem torque -

9 N O N illisontica cauſſa est) Liquida scriptura in nostro  
libro. Σενλατον πεδος , santicam cauſſam vocabant. &  
Σενλατον νοσον morbum santicum. Festus : Sontica cauſſa  
dicitur a morbo sontico , qui quid gerendum agere non permittit.  
Cato de Regis Attali vecigalibus. Mox citat verba. In epitо-  
me Pauli : Sonticum instrum. Glossæ Isidori : Sonticus veras.  
Glossæ Græcorum : Sonticus ἀληθής.

10 SED nimius luteo) Scribe luto - mutabit vellera luto.

24 I L L I V S credo tunc ſomniſſe pedes) Scribe, pedem, ut eſt  
in priſca ſcriptura. Ab hoc pentametro duo disticha ex  
ſecondo libro huic retrahenda ſunt:

Ah pereant artes, & mollia iura colendi.

Horrida villosa corpora reſte tegam.

Nunc ſi clauſa mea eſt, ſi copia rara videndi,

Heu miſerum, laxam quid iuuat eſſe togam?

25 A H pereant artes) Quomodo ſuperius iam dixit:

Quid proſunt artes, miſerum ſi ſpernit amantem?  
cod. E T mollia iura colendi) Verbum colere circa curam  
veſtimentorū. Iuuenalis: - vel Thaida nullo Cultam pallioli-  
Martialis - Nec ſic in Tyria ſiudone cultus eris.



Ouidius: *Cui color infelix? aut cui placuisse laborem?*  
*Ille mei cultus vnicus auctor abeft.*

26 H O R R I D A villosa corpora reſte tegam ) Ita legen-  
 dum, non tegant, vt in excusis, vbi etiam verſum iſtitutum  
 inculauerant, quia non videbant, quid volebat poeta, ne-  
 que quo pertinebant hæc duo diſticha. Ergo, inquit, hos  
 amictus molles deponam. Sumpserat enim molles orna-  
 tis, quo placerer amicæ, vt ſupra iam dixit Tibullus:

*Fruſtra iam reſtes, fruſtra mutantur amiſtus.*

Vt indebitata ſit horum quatuor verſuum in hunc locum  
 reſtituo.

29 D E S I S T A S lacrimare puer) Iam enim lacrimabun-  
 dus dicebat:

*Heu miſerum, laxam quid iuuat eſſe teſtam.*

31 O D E R V N T Pholoe ) Pudicam fuisse, & uemini pa-  
 wisse etiam Horatius teſtatur.

*Cyrus in aſperam*

*Declinat Pholoen, ſed priuſ Appulis*

*Iungentur capree lupis*

*Quam turpi Pholoe peccet adultero.*

Pag. 100, II F O E D E R A per diuos clam) In noſtro, I A M. Quod  
 rectum eſt, quid tam ſancte iurabas mihi, ſi iamiam mox  
 peieraturus eras?

32 N E C tibi celandi ſpes fit peccare paranti.  
*Eſt deus, occultoſ qui vetat eſſe dolos.*

Pentametrum ſimile illi apud Tragicum: ἐστὶ δίκης οὐ φθελ-  
 ρός, οὐ τοὔπλοος. Plane vitioſe ſunt editiones, quæ  
 doctos viros in errorem impulerunt.

Pag. 101, 2 I P S E Deus tacito permifit lene ministro) Corruptus  
 locus, vt & cæco appetat. Noſter liber, permifit lene mini-  
 stro. Lege, vela. Prouerbialiter permettere vela, tradere li-  
 bidini, ac voluntati. Quod ſane elegantissimum eſt, Deus  
 permifit ministro, ἀνέκεν τὴν πόρταν. Nam de vino loquens  
 Homerus hoc verbo vtitur ſuper eadem ſententia.

i. iii.

**3 E D E R E T** ut multo Proverbiū: In vino veritas. Nam A  
vino vim adhiberit Horatius:

Munitusque adhībe vim sapienti.e.

Munitos ostendit vocari, quos nondum vinum arcana fo-  
ras effere adegit. Sic Græci eos vocant ἐμφρόνους: quod  
ad verbum est munitos. Xenophon in Laconicis: οὐ μὴ  
τὸ τέλον οἴνον μὴ σφάλματα ἀπικελεῖσθαι εἰδότας, τὸν ἔνθα πρ  
ἐδίποιος εἰ καταδρόστη, καὶ τὴν ὄρφην ὅσσα νύμενα χειρον.  
ἔθεντο τὸν φανόν τὸν ἐμφρονούς εἶτε πορθεῖσθαι. Ita vi-  
demus in Horatio esse penum abstrusæ Græcarum ven-  
statum copiæ.

**16 Q U I D** faceres) Magis placet scriptura libri nostri,  
Quid facerem?

**28 T U P R O C U L H I C A B F I S**) Hanc chriam in gnomen con-  
vertunt Eclogaria illa:

Sit procul a nobis formam cui rendere cura est.

Pag. 102, 8 **I L L A** queat nullam] Recta est scriptura in nostro:  
Illum nulla queat melius consumere noctem.

**27 F I X A** notet casus aurea palma meos] Ego suspicor le-  
gendum aurea lama. Nam in lamina, non in palma eos  
notare potuit. Deinde nulla est hic victoria, ut palma opus  
sit, sed est tabella δύχαειστην tanquam naufragiū euaserit.  
Pag. 103, 1 **Q U I S** fuit horrendos] Eiusdem argumenti cum fi-  
ne primæ huius libri Elegiæ. Nam deraestatur bella, quia  
inuitabatur a Messaliā ad expeditionem in orientem. Vn-  
de ait: Nunc ad bella trahor.

**5 A T N I B I L** ille mis̄er meruit] Melius, meo iudicio, Eclo-  
garia: Forsan & ille nihil meruit -

**24 P O S T Q.** comes purum filia parua fauum] Ouidius:  
Porrigit incisos filia parua fauos.

**26 H O S T I A Q.** e plena] Larum viictima familiaris &  
compitalitia, porcus. Propertius:

Parua saginatilustrabant compita porei. Nihil est inte-  
grius hoc loco, quem tamen docti viri mancum clamant.

**25 H V N C** pura] Scribe Hanc, ut est in manuscripto.  
Hanc viictimam scilicet.

**29 S I C** placeam vobis) o Lares. Quare frustra hic desi-  
derari aliquid suspicantur.



Pag.104,5 **I L L I C** percussisque genis] Liber scriptus, percussaque. Scribe: Percis. Os tibi percisum est. Martialis & Plautus.

**A 17 P A C E** bidens vomerque vigent] Excerpta, nitet. splendescere vomer aratro. Virgil. Marcus Cato in oratione ad filium: Vir bonus est, Marce fili, colendi peritus, cuius ferramenta splendent.

**18 R V S T I C V S e lucoque rebhit**] Nihil muto. Poterat tamen legi:

Rusticus elucoque rebhit malesobrius ipse, &c.

Malesobrius eluco. Elucus, ἐλοκηράσια. Tertullianus: ab elenco defensitare. Vide Gellium libro decimo sexto, capite duodecimo.

**23 F L E tenueras subfusa genas**] Lego, subfusa. Virgilius: Tristior, & lacrimis oculos subfusa intentes.

Facile diuinatu, quare pudicitia expugnata erubescat. Poterat etiam legi, obtusa, obtusum os, est verberatum. Lucilius:

Obtuso ore pugil, pescinensis, reses - -

Sed prior lectio melior.

**30 S I T satis ornatas**] Noster liber, Sit satis ornatus diffusisse come. satis sit, destruxisse suggestum comæ.

## IN LIBRVM SECUNDVM ALBI TIBVLLI.

**Q V I S Q V I S adeſt valeat**] Lege, faueat. Alibi: Quisquis ades, lingua, vir mulierque, faue.

**14 P L E N A coronato stare boues**) Excerpta,  
Plena coronato vertice stare boues.

Pag.106,3 **T V M nitidus plenis confusus rusticus agris**) Profecto hic est spurium nescio quid in voce A G R I S. Ego censeo legendum, areis, per synaresin. Quod quam melius sit, quam id, quod editum est, nemo non videt. Nam hoc vult: quemadmodum pro nouis frugibus ambaruale sacrificium sit: ita pro collectis alterum sit plenis scilicet areis. & bene N I T I D U M: quasi epulis functum. Horatius:

Me pingue et nitidum bene curata cute rives.

**6 E X T R V E T arte casas**) Repone veterem scripturam,  
i,iii.

ante. Sic alibi: - & festas extruet ante Cespitibus mensas.

9 N V N C mibi fumosos) Hoc i<sup>o</sup>to vnde<sup>q</sup>. Sed nos legimus:  
Nunc mibi nunc fumos veteris proferte Falernos.

*Consulis . . Fumos Falernos, hoc est vina quæ sumum bibere sunt instituta ut loquitur Horatius:*

Amphore vinum bibere institue.

Vnde recte ea vina fumos vocabant.

13 S E D *bene Messalam*) Ouidius:

*Et bene te, bene me patriæ pater, optime Cæsar.*

Melius tamen, Et bene Messalæ. Ouidius:

*Et, bene, dic dominæ, bene cum quo dormiet illa.*

Tamen vtrumque admitti potest: neque vtrouis modo legas, magnopere labore.

16 ET magna intonsis gloria victor ades ) Mendum est in  
hac lectione. Nam quid est, intonsis? Non dubito Tibul-  
lum scripsisse:

*Et magna intonantis gloria victor aus*

Huc ades. -- Nam scriptum erat, abis. ex quo fecerant, ades. Quidius:

*Hoc apud intonsos nomen habebat auos.*

g. 107, I AGRICOLA *adsiduo primum satiatus*) *Lego,*  
*Lassatus*--

*D V X I T ab arte choros*) Legendum, *ab arce. intelligit*  
*αὐτὸν Atheniensium.* Primum chori in oppido introducti.  
a quo αἴσιοὶ ἀγῶνες. qui Baccho siebant. propterea hic  
mentio Bacchi. qui Aristophanem & veteres Grammati-  
cos. item incomparabiles patris mei Poetics commenta-  
rios legit. nunquam mirabitur. quare Bacchi mentio hic  
iniecta est. Non enim aduerterunt Tibullum hic initia  
Tragœdiæ ordiri. præfertim quin hircum datum in pra-  
mum dicat. a quo τραγῳδία. dicta. Hoc enim est. quod  
subiungit:

*Huic datus e pleno memorabile munus ouili*

*Dux pecoris hircus, duxerat hircus oves.*

<sup>8</sup> DUXERAT *hircus ones*) Ita olim adolescentes emendauimus. Pausanias Arcadicis: ταῦς δὲ ποιμανεῖς οὐκέπειροι ὑπὸ δίησε κατεργάσθησαν ποιμανεῖς οὐκέπειροι γενέσθαι.

16 ET appulso tela sonat latere.) Lege, ex appulso tela sonant

latere. *appluso* pro *apploso*. Tela numero plurali sunt istonis instrumenta. Valerius Flaccus libro tertio:

*Dat pietas auro, atque ardentes murice vestes.*

*Quas rapuit telis formosa vocantibus austris*

*Hypspyle -- De hoc & libro primo diximus.*

32 *E t procul ardentes hinc precor ] Liber noster, hinc procul, est enim procul procul. Supra, Stet procul, aut alia stet procul ante via, procul procul este profani. ἐκαὶ ἐκαὶ ὅτις αἱ τέλει*  
Callimachus.

Pag. 108, 3 *A v t etiam sibi quisque palam ] Mirum hanc veteribus superstitionem fuisse, ut non nisi taciti vota conciperent. Infra:*

*Opat idem iuuenis, quod nos, sed tutius optat.*

*Nam pudet haec illum dicere vota palam. Item:*

*Illa aliud tacita iam sibi mente rogat. Martialis:*

*Si quis erit recti custos, imitator honesti,*

*Et nihil arcano qui roget ore deos. In Satyra:*

*At bona pars populi tacita libabit acerra. Item:*

*Haud cuius promptum est, murmur tacitosque susurros*

*Tollere de templis, & aperto viuere voto.*

21 *I A M reor hoc ipso edidicisse deos ] Pendet a superiori animaduersione, quod taciti vota illa immurmurarent.*

30 *H V C veniat natalis avis ] Avis est cornix, quam cordia symbolum veteres in nuptijs inuocabant. Quod conuenit ei, quod iam dixit:*

*Flauaque coniugio vincula portet amor.*

*Ælianus de animalibus: ἀνθρώπῳ τοῖς πάλαι καὶ ἡ τοῖς γένεσι μὲν τὸ οὐρανοφόρον τὸν κοράλλιον καλεῖν, σωματικὰ διηγοῦσις τὸν τοῖς σωμιοῦσιν διπλόν παγδανίαν οἰδόντες. Natalem dixit a Iunone quæ Natalis est dea, & nuptialis, & cuius ea ales in tutela est. unde & Moneta congregata eius avis diciatur, quia Iuno Moneta cognominatur. Iuno igitur καὶ γένεσις εἰς ταῦτα συνίσταται.*

Pag. 109, post vers. 14 *I P S E deus solitus stabulis ] Ut Tibullus hos quatuor versus vñquam fecerit? vt hac barbarie ille se contaminarit? Minime gentium. apage apage ista sterquilinia ab hoc puro sacello. Quos verius vt ego subditissime esse facile odoratus sum, ita miror a doctis viris, quia*

hunc poetam adeo triuerunt, hoc nunquam animaduersum esse. Quare eos audacter deleas licet, ut illuc, vnde malum pedem tulerunt, redeant, & eos rupices magistri in suis scholis misellam iuuentutem doceant. Eos autem hue inculcarant, qui putabant sensum abruptum esse. at quam bene cum suis egregijs illis versibus continuariint, ipsi viderint. Nam sane Tibullus nunquam scripsit versus

*τισσονοίς, βαρβαροῖς, καὶ ανακούγοις.*

32 FABVL A sit manu[m] quam sine amore deus ] Post hoc pentametrum iungendum est illud cum sex sequentibus distichis, AT TIBI DVRA SEGES. Nam quatuordecim illa disticha interiecta alio pertinere docebimus antequam hunc secundum librum e manibus amittamus.

Pag. 110, 1 A T tibi dura seges Nemesis que abducis ab urbe ] Q V A E non Q V I legendum esse vetus scriptura docet. Nam quod docti viri censem absurdum terra hic legi, quem sit idem, inquit, cum segete, vnde pro terra, tecla legunt: quum igitur ita censeant, sciant illi nihil mutandum esse. Nam recte dicitur, O seges, terra persoluat tibi nulla semina. Quid enim absurdum hic inuenierint, quod eorum eruditas aures offendat, non video. Nam seges & pro terra sata, vt apud Virgilium, & pro aruo, vt apud cun- dem ponitur, & apud Ennius Ecuba:

Et si in segetem sunt deteriorem dat*e*  
Fruges, tamen ip*s*e suapte natura entit*e*.

Poeta enim Græcus, vnde ip*s*e suam mutuatus est Tragœ-  
diam, antea dixerat:

— ἐποιεῖ δύνοντος, εἰ γὰρ μὴ κακὸν  
πλοῦσα καρπούς θέτειν, οὐσαζων φέρει  
χειρὶ δ' ἀμυδρόθεο', &c.

Et eadem locutio est, vt Lucretiana illa, qua dicitur Matuta  
ferre auroram, & Tiberis ire amne placido. Sane pudet me in  
re tam clara immorari. Sed quem non remoratura erant  
ista, quum illa doctis viris negotium ac molestiam pe-  
pererint?

4 T V quoque deuotos ] Deuotos, κατεργάτες.

14 I A N V A si fas est ] Duo sequentia disticha quo perti-  
nerent, iam a nobis copiose discussum est. Nam vt huc in-

truderentur, ea caussa fuit, quod in illis mentio est ianuae clausæ, quare propter similitudinem rei, quia & hic quoque ianuae mentio est, hunc locum illi deberi ariolati sunt homines elegantia temporum suorum digni.

15 DVCITE ad imperium] Claudit Elegiam. Vincla intellegit compedes, in quibus serui opus rusticum faciebant. Non nescis qui sint compediti serui Columellæ.

22 SEV quid peccauimus, vror] Repone, ut in antiqua scriptura, vrit.

31 ILLA causa precium] causa manus, κυνή. Aristophanes οὐεῖται κυνῆ.

Pag.111, 8 AVT rapiam suspensa sacris insignia fanis] Interpolatio sunt. Scriptura vetus ita postulat: suspensa fociis insignia sacris. Alibi:

Num feror incestus sedes adiisse Deorum,  
Sertaque de sanctis deripiisse fociis?

16 HINC clavem ianua) Charisius clavim.

28 SEV veniat tibi mors, neque erit) Lego, neque sit.

Pag.112, 9 THESSAL A terra gerit) Malo, genit.

31 TIBI deditus augur) Liber scriptus, debitus. Horatius, Debitæ nymphis opifex corone. καθηρωμένος.

Pag.113, 2 ET captos sustinuisse) Raptos legendum docet historia.

5 NON DVM fundauerat) Vetus scriptura, & primæ editiones formauerat. Formæ architectonicae quomodo dicantur vide in Ausonianis lectionibus.

9 LACTE madens illic) Nimirum quia pastorales Dij lacte spargebantur. Supra:

Et placidam sole spargere lacte Palest.

12 FISTULA sacra Deo) Aut arguta sacra pendebit fistula pinu. Virgil.

13 CVI semper decrescit arundinis ordo) Ouidius:

- nam ponit in ordine pennas

A minima ceptas longam breniore sequente,

Vt clino crevisse putes, sic rustica quondam

Fistula diffaribus paulatim surgit acutis.

16 EXIGVVS pulla) Lege pulsa. Propertius - Lerne pulsa tridente palus. Virgilii - Afia longe Pulsa palus -

21 IMPIGER Aenea) Veteres editiones, & liber scri-

plus hic alius Elegia principium facit. quod sequi, nisi A  
stolidi sumus, visum non est. Nam, ut alia taceam, quid ha-  
bebant in animo illi, qui ita ex una duas elegias fecerunt,  
qui non viderint claudi inuocatione Phœbi hanc Ele-  
giam, ut ab eadem incepta est? Ridiculum ergo, & puerile  
ex una duas efficere, quum alter ne sententia quidem te-  
nor constet.

23 *I AM tibi Laurentes adsignat*) Post hoc distichon inse-  
rendum illud, *TROIA QVIDEM TUM SE MIRABI-  
TVR*. Nunc quæ sit eius sententia manifestum est. at in  
illis sedibus, quas illi editiones & scripti proxime atatem  
auorum nostrorum libri assignarunt, quid sibi velit, equi-  
dem iuxta, ut inquit ille, cum ignarissimis scio. *Vos ergo,*  
hoc est, o Aenea. Virgiliius:

*Vos o Calliope precor adspirante canenti.*  
Legendum vero *longa via, non longam viam.* - & sibi dicit  
*Vos bene tam longa consuluisse via.*  
Dicer vos bene consuluisse sibi tam longa via.

Pag. II 4, 16 *I ACT AVIT fusas & caput ante comas*) Inepte,  
quasi potuerit alterum sine altero. Sed legendum:

*Iactauit fusa set caput ante coma.*  
Set pro sed deditans errori. Hæc, inquit, dixit abrepti-  
tia illa, sed non prius inuocato Phœbi numine, quam effu-  
sa coma caputi iactaret. Nam fanaticorum hic erat mos,  
ut capillum funderent. Plautus:

*Hariolus fiam: capillum promittam.*

17 *Q VIC Q VID Marpesia*) Per duplex *ff*, μορφαί.  
Eam cū Herophila eandem faciunt Græci, quū Marpesia  
sit cognomē a patria Marpesso vico Troadis, qua de re cui  
magis, quam ipsi Herophilæ credemus ita de se canenti?

*εἰμὶ δὲ ἐγὼ γε, εὐδία μέστον θυμῷ τε θεᾶς τε,  
τύμφης δὲ αἰθανάτης, πατρὸς δὲ αἴγιτοφάρεο  
μητρὸς δὲ ιδογένης. πατεῖς δὲ μοι Βαῖν ἐρυθρὴ  
μορφαῖος μητρὸς οἰστερή, ποταμὸς δὲ αἰδανοῦς.*

Quare videntur quidam in hoc decepti in eandem cul-  
pam Tibullum induxit. Amaltheam vero quidam Cumani-  
nam faciunt, quam vocatam aiunt θημῆσι. Quam quum  
Virgilius θημοφίλω appellat, non diuersum nomen illi

imponit. Nam δημώ decursum ex δημοφίᾳ, ut περού  
ex περιφόρῳ, συεκὼ apud Epicharmum ex σεξουατῳ.  
Quae sunt Tarentini & Sybaritici, atque adeo propterea  
Cumani idiomatis. Nam etenus magna Græcia.

18 HEROPHILE) Sacerdos Sminthei Apollinis fuit, in cuius luce sepulta fuit. ut ostendebat epigráma epitaphij:

αὐτὸν ἐγὼ καὶ φοίβοιο παφηγεῖς εἰμι σύνουλα

πείρηστο λαίνεω σκύπαπ πεζομήχ,

*παρθένος αὐδίεσται τὸ ωρίν. νῦν δ' αἰὲν αἴσιος*

μοίρας τῶν οἰκετῶν μὲν λαχοῦσα πέδη.

αλλὰ πέλας νύμφαισι, οὐ ἐρμῆ τε δί' οὐδόνειρι

μοῖσεαν ἐγένετο εὐάγαρος τὸν πόλιον.

19 Q V A S Q V E Albana ] Liber noster, Quodque Albana,  
quod retinebis. Illud q v o d crebertrum in ea significa-  
tione Plauto, Quod ille dicat, periisti. Albuna autem, non Al-  
bana legendum, eadem est Albunæ.

*co. SACRAS tiberis per flumina fortes] Male hic quidam Tiburs pro Tiberis. Albuna detulit libros vaticinos Tarquinio, quas fortes vocat nunc. Ita Tiresias apud Euripi-  
dem Phœnissis:*

κλήροις τε μοι φύλασσε παρθένω χεῖ.

γενέτας οι κατόπιν τον ὄρνιθαν μάστιγαν

Θέλωσιν ἐν ιεροῖσιν, τὸ μαντεύομα.

Interpres, οἱ δὲ οἰωνοτόποι ἐν δέλτοις ἐσημειώνου ταῖς πίν-  
τεσινα διὰ μνήμης ἀγορεύειν.

22 M V L T V S vt in terras ] Noster, Multus & in terra.  
Lega etiam deplueret non depluerit.

Lege etiam, *depueret*, non *depuerit*.  
ans, i o s c v l A c o m p r e n s i s ) Vetus m o s s c r i b e d i c o m p r e n s i s ,  
pro c o m p r e n s i s , v t c o s s . s p r o C o n f u l s e s , c e s s . p r o C e n s o r i b u s  
apud Varronem. auribus autem pro *nariibus* emēdassē olim,  
taretur, si viueret Canterus, cui olim adolescens ego id  
indicaram cum testimonio Aristophanis, quo ille nititur.

K A V T e veste sacris] Lege ex veterilibro,

*Aut e vestre sua tendent umbracula fertis*

Vinctæ -- fertæ, quæ essent diximus apud Varro-  
nem in proverbio fertam ducere. Nam fertæ sunt hic &  
ibi *re gonia*. Intelligit autem trichilas, de quibus olim in

Copam diximus. Quod verbum primi in Cæsare exfusci-  
tauimus, quum antea id ignoraretur. Beroaldus tam felici  
stoliditate eo loco deprauando lusit, vt omnibus haec tenus  
persuaserit quod volebat. quanquam scio quosdam adhuc  
inuentis frugibus βελαινφαγιν. quod quidem per me fa-  
ciant licet. Imo, si volunt, στεφαγιν, me auctore fa-  
ciant, censeo, modo μηροφαγιν id faciant. Nam me sane  
coniuiam non habebunt.

27 T A C E O quum sauciis annum] Lego, iaceo quum sauciis.

30 V E R B A potest] Huc traducenda duo disticha, quæ in  
sequenti elegia ordine leguntur, A C E R A M O R F R A-  
C T A S. Hoc enim continuandum cum ijs, quæ supe-  
rius dixit:

Pace tua pereant arcus, pereantque sagitte  
Phæbe, modo in terris erret inermis Amor.

Quam enim apte nunc illa eo referuntur? Acer Amor, vi-  
nam, &c. Sane vbi hodie leguntur illi quatuor versus nec si-  
bi nec alteri prodefesse possunt.

Pag. 116, 8 M I L E S io magna voce triumphhe canet] Sine dubio  
legendum Canam. Ipse ego miles canam. Tamen si rece-  
ptam lectionem tueri volumus, id non sine magna veris-  
mili causa nobis licebit facere.

11 S I C tibi sint intonsi Phæbe capilli.] Hæc manifesto  
ostendunt vnam perpetuam esse elegiam ab eo principio,  
Phæbe fave, quum in eadem re destinat, a qua initium fecit.  
Quare non sine rubore qui aliter sentiunt, hæc lectu-  
ros puto.

15 S I T comes & collo] Vix est, vt hæc vulgo bene intel-  
ligantur, quia pessime ab interpunktionibus accepta sunt,  
vt totam mentem Tibulli disimularint. Nos autem ita  
emendamus, & distinguimus:

Si comes, & collo fortiter arma geret,  
Et, sen longa virum terre via, seu raga ducent  
Aequora, cum telis ad latus ire volet,

Vre puer quo se, tua qui ferus otia liquit.  
Si, inquir, armiger esse vult, hoc est Cacula militaris, & pe-  
destri, an marino itinere, cum telis sequi militem herum  
volet, vre eum. Hæc profecto ita scripsit Tibullus, & in in-  
tuidiam castrensis, & militaris vita caculam eum potius,

quam militem dicit. Non potest dici quam diuersam sententiam hec concipient in vulgatis editionibus.

20 Q V O D si militibus] Eadem importunæ interpunctio-nes totam sententiam horum quoque versuum interpolauunt. quos ita leges:

*Quod si militibus parces, erit hic quoque miles*

*Ipsæ, leuem galea qui sibi portet aquam,*

Castræ peto. -- Quod si non Cacula militaris , quod genus militia ærumnissimum ac laboriosissimum est, sed iustus miles erit: ego quoque castra peto, si modo, inquam, ille miles erit, quod parces illis, id est, quod illi meliore sunt conditione , quam serui militares. Est autem Macer ornithogoniae, & aliorum poematum scriptor, mu-niceps Catulli.

21 P O R T E T aquam) Ita ex veteri scriptura repono.

27 Q V V M bene iurau) Post hunc versum reuocandi  
huc sunt exules illi versus, quorum numero quatuorde-cim sunt disticha in Elegia R V R A T E N E N T . Eorum ini-tium est: AT TV Q V I S Q V I S I S E S . Nunc , qui dice-batse militaturum, postea victus animi eandem militiam detrectauit, idem quoque suaderet cuilibet amanti , nempe ut in urbe sub signis amoris militet, non in castris. At tu, inquit, quicunque es sub imperio amoris, in contubernio nostro milita. Eandem enim militiam sub eodem duce Amore sequimur.

31 P R A E D A tamen multis est operata ] Recte operata. hoc est functa. Ut functa sacris, & operata, idem est. & functio-nes, & operationes, idem.

Pag. 117, I M O R S propiorque venit) Excerpta , morsque pro-pinqua venit.

3 BELLICA quum dubiis) Concinnius in nostris Excer-pis: Quum tribuit dubie bellica rostra rati.

4 O B S I D E R E campos) Codex infimæ vetustatis ob-sistere.

5 V T multo innumeram] Codex infimæ vetustatis , item Excerpta habent: Ut multa innumerâ ingera pascat one. hoc est ut multos scripturarios agros habeant.

7 P O R T A T V R validis multa columnæ) Lege ex veteri libro, mille columnæ ingis.

IO A T tibi lœta trahant) Eclogaria membrana vetus ha-

bebatur, At mihi. & fortasse melius. vi Horatius:

Mecichorea, leueisque maluæ Paſcunt.

19 S O L I S & admotis inficit Indus equis) Theodectes poeta:

Ἱδαῖχθέρμφν ἥλιος διφριλατῶν  
σποτενόν αὔδος εἰσέχεωσε λιγύος  
εἰς σώματ' θύραν, καὶ σωμέρειν κόμας,  
μωρφῆς ἀναζητήσας σωμῆς πυρός.

22 N O T A loquor. regnum ipse tenet) Hoc argumentum tractauit lepidissimus Anacreon. cuius verba hunc locum non parum illustrant:

ῷον μὴ ἔχω βερβεῖενα καλύμματα  
ἐστριψομάνα ἔξυπνοις ἀσραγάλοις ὃν τωστ  
καὶ φίλον φεύγοντες βοὸς νεόπλαυτον  
εἴλημα κακῆς ἀστίδος,  
αρπαγάλισι καὶ ἐθελοπόρνοισιν  
ομιλεών ὁ τωντρός Αριέμφν  
καλέητον δέ εἰσιναίον,  
τολμά ἐδόν ἐν δουεῖ οὐδεῖς αὐχένα,  
τολμά δὲ εἰ ποχῶ,  
τολμά δὲν νώτω συνύια  
ματιγήτωμαχεῖς, κούλια  
πώγωνά τ' εἰπειλημός.  
γῦν δὲ θηβαινεῖ σαΐνεατε γεύσεια  
φορέων Κέρματα πτῆς Κύκνος  
καὶ σιασίσκια εἰεργαλήνια  
φορεῖ γυναιξίν αὐτας.

25 I A M mala finissim leto] Excerpta gnome hanc periodum comprehendunt:

Finirent multi leto mala. credula ritam

Spes fouet. -- Quod melius. Hinc autem alia Elegia incipit.

31 S P E S etiam valida solatur) Vetus poeta primo libro Catalectorum a nobis editorum:

Captiuus duras illa solante catenas.

Perferet. & viulos vincere posse putat.

Noxiūs infami districtus stipite membra

Speras

Sperat & a fixa posse redire cruce.

Spem iussus preberet caput paloque ligatus,

Quum micat ante oculos fricta securis, habet.

Sperat & in seua vietus gladiator arena,

Sit licet infesto pollice turba minax.

Pag. 118, 2. NE vincas dura puella deam.) Dea Spes. Theognis:

Ἐλπὶς ἡ αὐθεόποιη μάρτυν θέδε εὐδαιμόνεστι.

ἄλλοι δ' ψλυμπορθ' ἐν ταχεία πόνης ἔχει.

Ouidius hoc distichon vertit:

*Spes* igitur pæne menti, Grecine lenante

Non est ex toto nulla relicta mea.

Hec Dea, quum fugerent sceleratas numina terræ,

In diis innisa sola remansit humo.

## IN TERTIVM LIBRVM

## ALBI TIBVLLI.

*X O R I E N S nostris hic fuit*) Lege auctore scripturā,  
Hinc fuit. Atta. annum nouum

Voluerunt esse primum mensē Martium.

10 CAVDEAT, vt digna est, verſibus illa meis) Meū est li-  
quido scriptum in nostro libro, vt & omnes editiones ha-  
bent. Nihil enim impedit, Tibullum ipsum ista sibi dice-  
re. Et si diligenter inspiciamus, non loquuntur hic Musæ.

12 PVMICET & canas) Lege Pumix & canas. Pumix,  
alis, germin, rumin, pro pumex, ales, german, rumen scri-  
bere solebant.

13 TENVIS fastigia charte) ταχτόνων intelligit. Si-  
cūt imum charta ἐχατόκωλον. Martialis: Specias ἐχατο-  
κώλοις Severe. Perperam hodie legitur ἐχατοκωλιόν. In  
charta κῶλα sunt partes adglutinatae, quos scapos voca-  
bant. Vnde regiae chartæ μακρόνων vocabantur ab am-  
plitudine. Ab eo membranæ pelles καὶ σφέρας, quia vnum  
tantum κῶλον habent, nec adglutinantur, vt chartæ. pro-  
pterea. vocantur σφαλέα a Græcis, nimirum quia. vnum  
corpusculum sunt, & non pluria membra, vt chartæ.

k.j.

23 SED primum nympham] Lege ex veteri scriptura:  
Sed primum meritam longa donare salute.

Longum saluere, longum valere dicebant.

Et longum formose rule, vale, inquit, Iola.

25 HAE c tibi viri quondam] Ouidius:

Alloquor Hermione nuper fratremque virumque,

Nunc fratrem. nomen coningis alter habet.

Neque enim tantum, quod ~~as̄ēph̄ē~~ est, fratrem vocavit:  
sed quia amatorium est ita se vocare: ut vides hic apud  
Tibullum,

Pag. 120, 1; T o t mala perpess̄e tot superess̄e meę] Corruptus  
locus. Restitue auctore libro nostro:

Tot mala perpess̄e tedia nota meę.

Tedia vita meę perpess̄e tot mala.

19 M O R E A T hec genero] Hellenismus est. Euripides:  
κ' εν αὖ μωραῖς εστον κακοῖς ἐμοῖς.

20 P R A E F A T A E ante meos manes] Et mæsta supremum  
voce ciemus. Euripides:

μεγαλιτάτη ζειούσα υστέρητον.

ecod. A N I M A M Q U E rogatę] Ita habent veteres edi-  
tiones, & membrana nostra, pro quo substituerunt, ani-  
mamque precate, quia videbant Rogari non dici, vt precari.  
Venuisti homines, qui animam cum hoc verbo, non cum  
P R A E F A T A E connectebant. Nam est, Prefate ante meos  
manes, animamque, deinde: - rigate Perfusaque pias ante li-  
quore manus. Ita enim legendum ex corrupto illo rogate.  
Animam praefari quid sit ostendunt multa in veterum li-  
bris passim, vt magna manis ter voce vocari.

26 P O S T hec carbasis humorem tollere relis] Repone  
rentis, vt etiam nonnullæ editiones habebant. Significat  
collecta in linteo ventilari solita, vt exugeretur humor,  
quo sparsa erant.

32 D E M O N S T R E T litera] Litera, θηγαρη. Supra:  
Indicit vt nomen litera facta tuum.

Pag. 121, 2 D O L O R huic et cura Neere] Corrupta hæc sunt ab  
imperitis hominibus, qui statim quæ nesciunt, delent. Ve-  
tus scriptura fuit: - dolor huic, et cassa Neere. Coniugis ere-  
ptæ cassa perire fuit. Elegantia antiqua. Cassa Neera est

Neæra ipsa. Iurisconsulti cauſam bonorum, hoc est bona.  
Propertius: *Ite rates curue, & leti texite cauſam.*  
hoc est letum. nam male legitur cauſas. Mille talium po-  
teram adducere, si nescirem esse multos eruditos, qui sciunt  
me verum loqui. Eleganter ergo repetit rō cauſa pene  
diuerso ſenu, cauſa Neæra Coningis creptæ cauſa perire fuit.  
hoc est, in cauſa fuit cōiunx Neæra crepta, ut ille perierit.

[II SED tecum ut longe sociarem] Profecto legendum, fa-  
tiarem. & bene huic rei conuenit quod Lucretius praci-  
pit, et vita ut saturum conuiuam recedere. Nam vulgaris  
lectio nihil ad ſenſum poetæ. Sequitur enim,

*In que tuo caderet noſtra ſeneclafiuſ,*

*Tunc quim permenſo defunctus tempore lucis, &c.*

Hoc enim plane ſatiatum non ſociatum oſtendit.

[15] NAM graue quid prodeſt) Eclogæ habebant:

*Quid prodeſſe poeſt pondus mihi diuitis auri?*

[24] IN VI D A que falſo) Longe melior ſententia in  
Excerptis.

*Et que præterea populus miratur, in illis*

*Inuidia eft. falſo plurima volgus amat.*

Rotunde, & venuste. fed nondum, ut puro, plane purgatus  
eſt locus. Legendum enim:

*Eſt que præterea populus miratur, in illis*

*Inuidia eft. - Eſt que, ēſtū d. ēſtū d. Uva. manifestus  
helleniſmus. Propertius:*

*Eſt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ.*

*Eſt quibus in celeres gloria nata pedes.*

Eſt quibus, ēſtū oīc Usv. ēſtū oīc. Hoc eft Qubusdam. Ait  
ergo Tibullus quædam populum admirari, quia alij ea mi-  
tantur potius, quam quod ea reuera per ſe amanda fint.  
Ononius, inquit, eft quædam, quare populus illa miretur.  
Ea sunt, quæ Epicurus ēvdoξa, vocat. hoc eft, ut vertit Ci-  
cero, populariter laudata.

Pag. 122, 8 QV AE QYE futura neunt] Neunt, non a Neo, ſed  
a Neco. ut Abnueo. Ennius:

*Certare abnueo, metuo legionib' labem.*

Et quanuis ſic ſecundæ coniugationis videntur, tamen  
abnueo non facit abnuent, ut docent, ſed abnueunt. Sic hic

k.ij.

Neunt, non Nent. Hic Grammatista volui esse, quia hoc non est in alijs scriptoribus vulgare.

10 D I V E S i n g r a u a ) Et diues & Dis ab eadem mente, a qua Græcis πλούτων, & πλούτος.

13 Q U A E tūlit hēsterna ) Longe melius liber noster: Quæ tūlit extrema. Extrema nocte, hoc est, quarta vigilia. ὥρα τέταρτη νυκτὸς λάχος ἵστεται, ait Theocritus, & tunc sunt insomnia vera, si eidem & Horatio credimus. Quod extrema igitur nocte somniūm hoc viderit, & ab eo verum esse intelligi vult, ipse indicat, quoniam ait:

- quum summo Phœbus prospexit ab ortu,  
Prestit languentis lumina sera quies.

14 I T E p r o c u l v a n i ) Lege ex eodem libro:  
Ite procul. vanum falsoque auertite vim.

15 D E S I N I T E i n v o t i s ) Lege: in vobis. Definite omnia, quærere ut in vobis fides reperiatur. Diui enim vera monent, non vos. Exta indicant mentem Deorum: contra somnia ludunt hominum mentes.

20 A T natum i n c u r a s ) Hæc omnia vulgus interpolatorum confusurauit. Scripta lectio nullo modo mutari debet.

Et vanum ventura hominum genuz omina noctis  
Farre pio placant, & saliente sale.

Continuanda autem cum præcedentibus. Somnia, inquit, iubent pauidas mentes falsa timere, & homines vani noctis omina mola falsa deuenerantur.

Pag. 123, 8 s P I R A B A T Tyro murrhea) Virgilii: - crines  
Vibrati caldo ferro, murrhaque madentes. Horatius:  
Murrheum nodo cohibere crinem.

Vbi tamen vetus interpres Pomponius Porphyrio: color, inquit, myrteum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius est inter flavum & nigrum. Ut videatur in Horatio myrtleum legisse, non murrheum. Et sane in hoc etiam Tibulli loco liber noster habet scriptum myrtlea non murrhea. Et color ille, de quo scribit Porphyrio, non in crinibus solum dicebatur, sed in alijs quoque rebus. Petronius: Myrtleas subornatus gausapia, cinguloque succinctus. Plinius de amo: frutice myrtosso, lege myrtiolo. Dioscorides: ξινον ταῦ-



A 1 καρποφ. Columella: Myrtiolo modo crine viret. nam Cinara  
flos, ιωδηιόπος.

Pag. 124, II M E N S e s t m u t a b i l i s i l l i ) Vetus scriptura, illa.  
comprehendit omnes feminas.

13 S A E V V S amor docuit) Haec elegia cum toto libro,  
item & quarto extat in Bibliotheca clariss. viri Iac. Cuiacij.  
Quod fragmentum emendatissimum est, & eius ope  
multa menda in hoc poeta sustulimus. Illud igitur Frag-  
mentum aliter hos versus legit, ut appareat, quomodo ho-  
die leguntur, interpolatos esse. Ita igitur habet:

Senus amor docuit validos tentare labores.

Senus amor docuit verbera seu a pati.

Quare ita emendato.

27 P R O M I T T I T Delius ipse Felix hoc alium) Plane li-  
berille optimus habet, Felix hoc non, ut editiones, Felix, ac  
alium. Sed harum interpunctionum confusione pulcher-  
rima antiquitatis obseruatio obsolescit. Ita enim distin-  
guendum: Hoc tibi coniugium promittit Delius ipse.

Felix hoc, alium define relle virum.

Nam in conditione conuenta nuptiarum, aut sponsalio-  
rum, dicebatur Feliciter, Felix hoc sit. Quod bene vortat  
tibi, & mihi. Iuuenalis:

Signate tabule, dictum, Feliciter. - Plautus:

Que res recte vortat mihique, tibique, tu que filie  
Filiam tuam mihi vxorem posco, promitte hoc fore.

cod. F E L I X .) Felix simpliciter, &, Felix hoc, ut Bene ha-  
bet, simpliciter, & Hoc bene habet. Bonum sit, &, Hoc  
bonum sit.

Pag. 125, 5 C A N I B V S submisus ) S V C C I N C T A . Ex veteri-  
bus libris.

8 E T d i r i x n o n h a b i t a n d a ) vel, ut vetus scriptura, duris.  
hoc est barbaris, ut dixit Scythia tellus.

13 N O S tenet) Plane ex contextu ipso legendum vos.  
quod iam a doctis viris animaduersum.

16 N V N C autem sacris Baiarum maxima) Maxima Bai-  
rum, quia omnia. Σεργία ὑδάτα vocabantur Baiæ, a Baijs  
illis Campaniæ. Martialis:

Strataque non vnas cingant triclinia Baias. Sidonius:  
Ibis Phocida, Sextiasque Baias.

k. iii.

Mirantur tamen docti viri quid sit hic Bajarum. adeo ut integrum lectionem contaminare veritatem non sint. Mens Tibulli. Aqua haec non adeunda Canicula fidere conseruo. at vere nulla calidæ aquæ cum illa comparandæ. Vides apertissimum sensum. Quas autem aquas intelligat in Etruria, quin plurimas in ea regione fuerint, nescio. Strabo; πολλὴν τὴν θερμὸν ὑδάτων αἴθρια καὶ τὴν πυρόνιαν. τῷ πλησίον δὲ τῇ, τὸν πάρακτον διαδρέπει τὸν εὐ βαίνει, οὐδὲν πολλαῖς τοις πάνταις μελισσαῖς.

20 NVLLI temeranda deorum ] Hæc quoque lectio existat in codice insimæ vetustatis. sed diligens librarius Deorum expunxit, & sua manu eodem tractu, virorum apposuit. quod verissimum est. Non enim attinet de diis loqui. quin pœna irrogata sit hominibus, qui sacrum Cereris & Proserpinæ vulgarint. Horatius;

- *vtabo qui Cereris sacrum*

*Vulgarit arcane, sub iijdem*

*Sit trahibus, fragilemque mecum*

*Solnus phæfellum.*

21 LAVDANDÆ deæ ] τῆς ἐπιγῆς προφορίας. Proserpina & Cereris sacra intelligit, quæ alij μυστέα, & initia vocant.

22 NEC cuicquam certa venena ] Fragmentum illud percutustum: *trita venena. recte. potest & tetra venena.*

24 NEC nos sacrilegos templis admonimus ignes ] Locus deformatissimus, & a Grammatistis, quia non intelligebant, interpolatus. At nemo vidit unquam sacrificium incendi templo, vt ea spoliet. quid enim spoliabit incendiarius, cui ignis nihil reliquum fecerit? Nostra scriptura:

*Nec nos sacrilegi templis admonimus ergo.*

Quod sane non ita debuit istis acutis correctoribus displace, vt saltem non considerarent, vera ex illis lectio elici posset necne. quod tamen fieri potest, ita;

*Nec nos sacrilegi templis admonimus ergo.*

Nec, inquit, sacrilegij ergo admonimus nos templis, hoc est, direximus nos in templo, eorum diripiendum cauila. Sicut supra: *Num feror incestus sedes adiisse Deorum,*

*Sed taque de sanctis deripiuisse facis?* Item:



*Aut rapiam suspensa foci insignia sacris.*

Veram igitur lectionē dicamus licet, quam proposuimus.

25 *NEC nos infane meditantes iurgia lingue*] Tale illud:

*Num Veneris magna violau numina verbo?*

Pag. 126, 1 *QVID fraudare inuitat ritem*] Tale illud:

- *Quid messes viris acerba tuas?*

14 *SEV nos fata suisse veline*] Abstinet mentione mortis.

Plautus: *pene hic nobis fuit Phronesum id est. μικρος απέθετο.*

16 *ET nine lactis pocula mista mero*] similis potio illi quam Burranicam appellabant.

23 *ET nobis prona funde Falerna manus*] Mallem:

*I, nobis prona funde Falerna manus.*

Nam E I, pro I, scriebant. Sic infra:

*Tu puer, i, liquidum fortius adde merum.*

Vbi idem error vulgo.

31 *ILLI facit dites animos deus*] Lepidissimum anima Bacchylidis extat apud Athenaeum in hanc sententiam.

γλυκεῖς αἰείτην σενομέρα κυλίσον

Σέλη ποσὶ θυμὸν Κύψειδος,

Σῆπτι δὲ αἴθυσται φρένας

αὐχειγυμέρα διονυσίσιοις μάροις,

μένεράσι δὲ ύψοπτοι

πίκται μερύμνας.

αὐτὸς δὲ πόλεων

κρίθεμικον λίει,

πάσιν δὲ οὐδέρωποις

μοναρχήσιν δόκει

χεινῷ δὲ ἐλέφαντες

μάρμαροισιν οἶνοι,

πυροφόροι δὲ κατ' αἰγαλίνετο

νῆες φέρουσιν εἰπὲ αἰγαλίδου

μάλισταν πλοῦτον,

ώς πίνετος δρμαίης κέαρ.

Pag. 127, 9 *QVALES his pœnas deus hic*] Et hæc quoque non  
alsequunt peruerterunt homines ferreæ frontis. Nam optimum illud fragmentum ita legit:

*Qualeis his pœnas qualis quantusq; minetur. Sic Virgilius:  
k. iiiij.*

*Nam qualis quantusque cauo Polyphe<sup>m</sup>us in antro.*

**II** *ILLAQVE si qua est*] Nihil mutandum. & si qua est eiusmodi, vt Agae, sentiat vltoris dei iram, non autem nos. etati & capitii illius sit, quæcumque illa est, non nobis.

**II** *HEI mibi difficile est]* Ineptissime hæc sunt separata a superioribus in libro infimæ vetustatis, & in alijs editionibus. Nam hæc sunt, vt superiora, in quibus nihil omnino cohæret. Sed non aduerterunt imperiti homines, quid si bi vellet Tibullus. Sunt enim hæc omnia tanquam Satura quædam συμποσιακῶν ἀστιγμάτων. Quod sane imprimis considerandum fuit.

**31** *N E C vos aut capiant*] Aliter hæc concepta sunt in Eclogario:

*Non vos decipient pendentia brachia collo,*

*Nec capiat blanda sordida lingua prece.*

*Quod non dubium est, rectum esse.* Per hæc enim intelligit auaram & petacem amicam.

Pag. 128, 9 *P E R F I D A nec merito*] Distingue:

*Perfida, nec merito nobis inimica merenti.* Sic Catullus:

*-in periantique ipsa refers te Nobis. Inperanti nobis,*  
*vt hic merenti nobis.* Virgilius. *Vos o Calliope.*

**IO** *PERFIDA sed quanuia perfida cara tamen*] Euripides Phoenissis: φίλος μὲν ἐχρός εὔπειρ' ἀλλ' ἔμφε φίλος.

**13** *N O S T R A E conuinia mensē*] Hæc enim, vt dixi, omnia sunt συμποσιακῶν ἀστιγμάτων.

**16** *T V puer & liquidum*] Fragmentum illud emendatissimum. *Tu puer i, liquidum.* Nam, vt supra dixi, scribant EI, pro I.

*cod. FORTIVS adde merum)* Ita interpretatur τὸ ζε-  
περερον. Martialis largius.

## I N L I B R V M Q V A R T V M A L B I T I B V L L I ,

Pag. **129, 4** *T E M E S S A L A C A N A M )* Istud poematum in Fragmento illo, quo vetustius exemplar Tibulli extare non puto, titulum habebat: *P A N E G Y R I C V S M E S- S A L A E.* Et recte. Eius argumenti scripserunt Lucanus

in Pisonem, Ausonius in Mosellam, Claudianus in aliquot viros illustres, Sidonius etiam in non paucos. Ego autem crederem hoc carmen excidisse Tibullo admodum adolescenti aut potius pueru, nisi viderem tunc scriptum fulse, quum iam patrimonium prodegeret. Id enim *παύεισθε* & ieunitas scriptionis facit. Denique si titulum Tibulli non præferret, ego illud infimo poeta attribuissem: adeo h̄c sui dissimilis est Tibullus. Nunc quia sine vlo dubio Tibulli auctoris est, non Tibulliani characteris, ego potius quis scriperit, non quid scriptum sit æstimans, paucas horas ei emendando impendam. Nam sane haec Latina sunt.

cod. *QVANQVAM mea cognita virtus*) Lege, vt in veteri scriptura, *Quanquam me*. Quanquam, inquit, mihi conscius quam tenuis virtus mea sit, vt vires non possint subfistere. *Virtus*, quod hic dicitur, vulgo in idiotismo *sufficiencia* dicitur. Quare grauiter peccarunt, qui legebant, *quanquam tua cognita virtus*.

*5 VT infirme valeant*) Scribe ex Fragmenti auctoritate, nequeant. Antea inepta erat huius principij lectio, vt & sequentium.

*6 INCIPIAM tamen*) Quia haec tenus principium huius poemati penitus ignoratum est propter importunas interpunctiones, & menda, quibus totum poema scatet: apponam, vt legendum est, vt apparcat, quid voluerit Tibullus:

*Te Messala canam. Quanquam me cognita virtus  
Terret, vt infirme nequeant subsistere vires,  
Incipiam tamen. At merit as si carmina laudes  
Deficiant: humilis tantu sim conditor acls:  
Nec tua præter te chartis intexere quisquam  
Facta queat, dictis vt non maiora supersint:  
Est nobis voluisse satis. -*

Sane haec elegantiora quam antea sunt, vt quæ pristino nitori suo redditia sint. Aperta est sententia. Tametsi, inquit, meritas laudes tuas carmine meo assequi non possum, & sim poeta impar tantis actis, nec aliis, præter te possit gesta tua mandare literis, vt non plura dicenda dictis relicta videat: tamen egregiæ meæ voluntatis ratio

habebitur, vbi nulla potest facultatis haberi.

II P H O E B O gratissima dona Cres tulit) Virgilius quarto optimi maximi operis:

*Qualis vbi hibernam Lyciam, Xanthique fluenta*

*Deserit, ac Delos maternam inuisit Apollo,*

*Instituratque choros, mystique altaria circum*

*Crete, que Dryopesque fremunt, piisque Agathyrse.*

Hoc ultimo versu Virgiliano, qui vulgatissimus est, plus assertur lucis huic loco, quam tenebrarum ex dubitatione quorundam, qui putant Soli lumen scenerandum esse.

16 L A E T A Molorchis positus vestigia terris) Hic, quod sepe in Catullo, & alijs optimis scriptoribus contigit, T, pro C positum fuit. Nam *cerris*, non *terris* scribendum erat. Cerras, pro quo alij gerras, dicebant. vnde concerre, qui alias concertones. Lucilius:

*Tapullam rident legem concerre Opimi.*

Vbi idem error erat, qui hic, contere, pro concerre. Nam veteres non geminabant consonantes. Gerræ sunt crates, a quo parietes intergerriui, hoc est concretiij. Tales sunt tenuiorum agricolaram. Itaque nihil aptius potuit Tibillus super tenuitate Molorchi dicere. Vnde & Gerræ pro fruolis rebus, & forsan ita simpliciter accipiendum in Tibullo. quod per placet. Ut Græci probent Gerras pro rebus nulli preci accipi, arcensunt auctorem historiam Siculum. Ego non video quare in re tam manifestæ *indavias*, historia aduocanda fuit. Retinui tamen receptam in quibusdam editionibus lectionem, *teclis*. Ausonius:

*Vilis arundineis cohiber quem pergula teclis.*

Pag. 130, 4 O M N E mouemus hoc tibi) Optimus codex, item & illæ infimæ verutatis habent, *vouemus*. & recte.

5 N E tanto caret mihi nomine) optimus codex cum altero scripto habet, *carmine*. Tantum *eonsensem* repudiare non debui.

8 Q V I D. qua iudex sub imagine) Iam profecto istis correctoribus bonam mentem precor. Nam quid hoc spiri, aut griphi sit, ego non intelligo. Sed optimum fragmentum recte haberet:

Nec queris, quid quaque index sub imagine dicat.  
Quis nescit hic indices esse titulos imaginum? Sed quem

A meliorem interpretem quam Tibullum ipsum producere possum? Ait enim:

*Attua non titulus capiet sub nomine facta.*

17 QVISQUE tibi maiora gerit] Si Tibullus ab inferis excutitur, haec non agnoscat. Melius optimus liber:

*Nam quis te maiora gerit chartisue foroue?*

Nec tamen hic aut hic tibi laus majorue minorue.

Pag. 131, I NON valuit Cyclops cæptos] Hæc quoque quomodo agnoscet Tibullus pro suis, quæ ne in somnis quidem cogitauit? Ope igitur illius optimæ membranæ legimus:

*Non valuit lotos cæptos auertere cursus.*

Recte cæptos. Nam notū quid acciderit  $\mu\acute{\iota}\varsigma \lambda\omega\tau\omega\varphi\alpha\gamma\sigma\varsigma$ . Tamen cæptos, quod vulgo legitur, non damno. Nam cuius stuporis erat hic Cyclops mentionem facere, cui rei dicatus est sequens versiculus?

6 NOBILIS Artacie gelidos] Optima membrana erigit non irrigat. Lego:

*Mobilis Artacie gelida quo se exigit vnde.*

Mobilis, ut Horatius; Mobilibus pomaria riuis. Exigit pro erigit, X pro R. quod aliquando in his libris accidisse supra remulsum. Ouidius:

*Et celer admissas exigit Ebrus aquas.*

cod. ARTACIE]

$\bar{\eta} \mu\acute{\iota}\varsigma \alpha\acute{\iota}\varsigma \kappa\pi\acute{\iota}\nu\varsigma \kappa\pi\acute{\iota}\nu\varsigma \kappa\pi\acute{\iota}\nu\varsigma \kappa\pi\acute{\iota}\nu\varsigma$ .

*Artaciū. ἔνθεν γένεσις ταχητού φέρεσθαι.*

16 ILLVM ter gemine] Optimum Fragmentum: Illum inter gemine. Ita etiam olim vix dum ephebos egredi emendaueramus. geminam mortem vocat Scyllam, & Charybdis.

17 NEC Scyllæ seu conterruit impetus orbe] Lege ore ex eodem fragmento. Scyllæ impetus est  $\omega\acute{\iota}\varphi\varrho\acute{\iota}\varsigma$ . hoc est Scylla ipsa vasta. Lucretius dixit cali impetum pro cælo.

30 QVALITER aduersos hosti desigere nervos] Germanus Valens l'impontius, vir & eruditio[n]e, & dignitate amplissimus, in suis in Virgilii doctissimis commen[tarijs] docet nos legendum esse Ceruos. Q[uod] quis non credat præ, setim tam cruditi viri auctoritate permotus? Quid sit fi-

gere Ceruos non minus potes ex Seruio discere, quam ex A  
Cæsare, qui sunt Cerui.

Pag. 132, 2 L A V D I S & adsiduo ] Exercitationem campe-  
strem intelligit.

9 P A R M A sēu quos dextra velit ] Quid ego istis torto-  
ribus librorum amplius optem, quam ut ab hac scabie,  
qua illos laborare video, vngues teneant? Certe actum est  
de illis, si nullum bonum auctorem, quem corrumpan, habeant.  
Hominum fidem, hunc locum quo genero de-  
formarunt? Nam ita omnis vetus scriptura cum conce-  
ptum habet: *Quis parva sēu dextra velit, sēu leua tueri;*

*Sive haec, sive illæ, veniat grauis impetus hastæ,*  
*Amplior, aut signata cito loca tangere funda?*

15 T V M tibi non desit faciem ] D E S I T C O M P O N E R E  
loquutio etiam Propertio vñspata.

*Et mihi non desunt turpes pendere corolle.*

16 S E V sit opus quadratum ] Tria genera aciei instruendæ apponit, quadratum, duplex, pilatum. Varro medium ignorat, duo reliqua testatur. Duo, inquit, sunt genera agmina-  
num: quadratum, quod immisum etiam iumentis incedit, sed inter-  
se densum est, quo facilius per iniquiora loca transmittatur. Scaurus  
de vita sua: *In agrum hosticum veni, pilatum exercitum duxi.*  
id est, strictum & dense. Asellio Sempronius: *Quartum si-  
gnum accedebat, sive pilatum, sive paſsim iter facere solebat.*

18 S E V iunctum cernere Martem] Hoc est pilatum.

19 D E X T R A Q U E ut leuum ] Neque haec minore me-  
dicina egerit, quam superiora. Quare ita auctoribus ve-  
teribus libris lege:

*Dexter ut leuum teneat, dextrumque sinistra Miles -- Hic est triacietio facta. Nam hoc est plane  
duplex acies, non pilata: quare non ad I V N C T V M refe-  
rendum, sed ad D V P L E X.*

23 I A P Y G I A E ) Vitiosa scriptura. quum sit Iapidæ, ita  
omnes auctores. & libri nostri calamo exarati. & Strabo  
ianvæta. Iapidis ora Timani. Virgil.

24 F A L L A X Pannonius) quare fallax? Dio de hoc bel-  
lo, libro x l i x. πάνοιαστου πόλεων δέ απέδη τὴν πόλει οἱ Ἑπ-  
χειοι φεγγήτες φέρουσιν διαβατῶν ποταμοῖς οὐ μό-

λογοτείαν, καὶ οὐκέποις ἔδοσεν. Μᾶς δὲ τὴν ταῖτην πόλιν αἰτηθείσαν καὶ ἐς πολιορκίαν κατέβησαν. Persequitur autem fūsus hanc historiam Dio ipse eodem libro, in quo perperam editum est *Ceuſkia pro συσκια*, quae est vrbis Pannoniae. Ceterum hoc bellum non auspicijs Mēſſalae profligatum, quicquid nobis persuadere conetur Tibullus. Neque in nationibus inalpinis vilum Marte suo conficit præterquam id, quo Salassos vicit. Dio: Τις τε συλλάσσει, καὶ τοῖς ἀλλοῖς τοὺς μέτ' αὐτῷ νεωπελάστας οἱ μεσαλαῖς γενέσιοι ἐχρώσατο.

**25 TESTIS Arupinus]** Legimus, *Arupinis*. quod etiam confirmat emendarissimum fragmentum. Strabo de hoc ipso bello Iapidico scribens, de quo nunc sentit Tibullus: οὗτος δὲ οὖν οἱ Ιαποθίνοις φερόμενοι χλίαροι τεθίσαν. Ερωτάει οἱ ιαποθίνες διὰ τοῦ αἰλίαροῦ ὅρεος πελματάρφησμον ἀλπανον ὄντες οὐψαλῶν σφρόδρων τῆς ιδίης διπλής τούς πανονίους καὶ τὸ ίσρον καὶ Σηνοντες, τῇ δὲ διπλῇ τὸν αἴριαν, αρεμανίοι αἱρον, ἐκπεπομηδόνι τὸν τοῦ σεξαρχοῦ καρδιόρος πελέων. πολις δὲ αὐταν μέτοιον, ἀρούριον, μογιπον, εἰνδον. In itinerario Antonini in itinere ab Aquileia per Liburniam: *Auendone, Arupio, Bibium*. Lege: A *Vendo Arupinum*. Omnino his Strabonis verbis obscurum loco Tibulli lux adfertur. Legebam etiam *Arpinas*, ut sit gentile. quod malim: ut sit pauper *Arupinas*.

cod. **P A U P E R**) Quare pauper mox subiicit Strabo: Λυθρά δὲ τὰ γωνία, & ζεῖα λγένχεια τὰ πομά τρεφόμενοι. Ergo κατ' εὐοχήν. Pauper.

cod. **N A T Y S in armis**) Iam explicauit Strabo, quum vocat αρεμανίοις.

**30 C O N V E R S V S terga domator**] Domator, πωλοδάμυντος. Sed suspectum est de mendo.

Pag. 133, 21 **N E C fera Rhæteo**] Ita hunc locum depravauunt, qui veterem scripturam non assequebantur hauc, Nec fera tetero. Unius literaræ commutatione legendum, te Tyrio. tellus habita Tyrio colono est Africa profecto, aut cedo sis aliam, in quam coloniam miserint Tyrij. Est igitur Africa, quam tacere non debebat Tibullus; quum totum orbem hic trophæis Mēſſalæ implet. Mirum vero tantum vi-

rum Meſſalam in omnibus bellis a Dione prætermisſum: A & Appiano, præter pauca admodum quæ de eo dixit, qui- bus breuiter ipsius laudes perſtingit.

23 *V E L regia lympha Diaspes]* Nulla est mutatio in veteribus libris, nec in optimo quidem. Vocat igitur Diaspem, quem alij Choaspem. Notum ex Herodoto quid velit, & Ausonio:

Hunc cuperes, Rex Mede, tuis contingere caſtris  
Flumina conſumpto quum defecere meatu,  
Huius fontis aquas peregrinas ferre per rrbes,  
Vnum per cunctas ſolitus portare Choaspem.

27 *C Y R I dementia Cydnus]* Hunc vocat Herodotus Gyn- den. Quare ita legendum videtur, vt iam ab alijs animadverſum.

25 *C R E T AE I S ardens aut vnda Caryftia campis]* Mendoſiſmus locus, ita tamen vt etiam in codice infimæ ve- statis eadem lectione reperiatur. Quare non hodie atque he- ri inoleuit hæc macula huic loco, ſed morbus, vt video, in- ueteratus eſt. At peroptimus ille, quem tam laudamus, habet:

*Ardet Areſteis aut vnda per hospita campis.*  
Reſte ita me Deus bene iuerit. Areſtei campi, ſunt quos Strabo Αράτειον appellat, mendosiſane, quum fit legen- dum αράτειον, vt ex hoc loco appetet, & ex Genesios capite decimo, vbi mentio fit Herois illius Nemrodi. Eius, inquit, regni caput fuit, Babylon, Arec, Acad, & Calne in terra Senaar. Ab hoc igitur Arec, αράτειον & Areſtei campi, in illis campis eſt lacus ardens, cuius meminit Plinius li- bro ſecundo: *Campus*, inquit, *Babylonie flagrat quadam re- luti piscina, iugeri magnitudine.* Qui ridiculam illam lectionem vulgatam pro hac nobis ſuppoſuerant, habebant in animo ἡράτα λούτρα quæ ſunt ad Caryfton Euboeæ. inge- niosi & aſtuti homines, qui quaſuis calidas aquas ſtatim ardere putarent. Atqui eſto, cur iterum rediret in Gra- ciām Tibullus? Nam in ea eſt Euboea. At non niſi nunc de remotis gentibus agit. Nos igitur ope peroptimæ mē- branæ tam ſeddas maculas ex hoc cultiſimo auctore ſu- ſtillimus. *Hospita vnda, Græcum eſt ξειλουσα.* hoc eſt mira-

Melius legeretur: Ardet Areælos aut vnda per hospita campos.  
sic infia - secundas ad deficientia messes.

25 P A D A E V S ] Padæorum mentionem habes apud Herodotum.

28 AT Q V B M o s y n o s ] Magynos & Maginos habent libri nostri. μοσυνοίνοις cogitabant, qui turres pro hominibus nobis supposuerant. Nam μοσυνοί sunt Falæ ligneæ. At μοσυνοί populi in Falis habitantes. Sed qui sint Magyni ipsi, aut vnde expiscatus sit Tibullus, nondum reperi, quia quærere otium non est.

31 T E manet inuictus] Inuictus sane adhuc eo tempore. Nam hactenus ne Cæsar quidem illos subiungauit. Primus Cæsarum Claudio de illis triumphauit. Cuius rei amplissimum testimonium habes in Catalectorum meorum libro primo, nempe elegantiissimos versus a quodam eius temporis poeta scriptos. quos inde petas licet. Sed & Seneca in Σποκολων Γώρα idem testatur in choricis anapæstis. Et ceteros Scotobrigantias, pro quo inepissime hodie editur scuta Brigantias. Quare & Scotti hanc gentis suæ antiquitatem mihi debent, qui primus illum locum emendaui: quum ipsi hactenus suæ gentis testem Claudiano antiquorem non haberent. Sed & locus in Octavia alterius Seneca de eadem re deprauatissimus est, qui tamen ad hanc rem facit. Ita enim ediderunt:

*En qui ora Tanais primus imposuit ingos.*

*Ignoratantis clasibus texit freta.*

Loquitur de Claudio Cæsare. Legendum sane:

*En qui Britannis primus imposuit inga.*

Pag 34,7 SVPERINGERIT] superegerit est in duob. nostris.

19 P E R tempora labitur annus] Codex infimæ vetustatis  
restitutus. τετραδιούντων στιλωτῶν.

25 ERGO ubi preclaros poscent] Liber optimus habebat  
ierint, non poscent. Ergo legendum per claros.

*Ergo ubi per claros ierint tua facta triumphos.*

Pag 35,3 F O E C V N D I S indeficiencia mensis] Legebamus  
olim:

*Cui fuerant flavi ditantes ordine sulci*

*Horrea, secundas ad deficiencia messis.*

Mefſis pro messes, pro quo excuderant mensis. Sed poſtea conieeturam noſtrā conſirmauit liber optimus, in quo & messes diſertim ſcriptum erat.

7 Q V V M memor accitos ] Lege anteactos, vt habent libri noſtri ſcripti.

13 D E N S I S obſtēre turmis ] Libri noſtri ſubfifte. Sic Liuius ſubfifte feris. υφιſα θεα τὰ θνεά. Ergo hanc lectionem retine.

18 N E C mallem mittere chartas] Vincere liber optimus.

19 M V T A T A figura] Lego ex libro noſtro, figura. Scu figura finget me.

23 I N quæcunque) optimus liber Quandocunq;.

Pag. 136, 20 P R O X I M V S eois colligit Indus aquis] Lege, equis. Supra Theodectes: δέ αὐτὸν ἡρμηνεία διφριατῶν. &c.

23 M V L T O S celebretur in annos] Veteres omnes libri: hoc ſumet in annos. lego, conſumet. pro conſummet.

28 A C V I S S E in peccata dentes) Repone ex optimo libro: - acuisse in prelia.

30 V E N A N D I, Delia, cura) Scribe, denia cura. nec in tam deuijſ saltibus veneris. Delia ſane huic non pertinet.

Pag. 137, 13 R E T I A tende manu) Repone ex libris, tange.

14 E T quæcunque) At quæcunque. Libri.

27 T E C V M Q V E feras quicunque ſapores] Sapores, χρώμα. Græco more dixit. Et Plinius de papauere: E nigro papauere ſapor dignitut ſcapo incisō, ut Diagoras ſuaderet, quum turgeſcit: ut lolas, quum deflorefcit, hora diei ſerena, hoc eſt quum ros in eo exarnerit. Hæc Plinius, qui poſtea ſuccin vocat, malo exemplo, quum aliud fit χρώμα, aliud oīmē. Nam male vo- cauit ſaporem, quam lacrimam dicere debebat. Sapor enim vel χρώμα fit expreſſione, non autem ſponte manat.

Pag. 138, 13 E S T qui te Cerinthe) Scribe, vt in optimâ membra, Qui mihi te, Cerinthe.

21 M A N E Geni) Scribe, Magne Geni -

22 Q V V M de me cogitat ille calet] Propius veritatem accedunt editiones, qua habent, valet. Nam ex veteri libro legendum volet. Si modo, inquit, idem amor viri illum, qui me. Infra:

Ah ego non aliter tristes es inſincere morbas

Optarim.



*Optarim, quam te si quoque velle putem.*

Hoc est si te pari igne vri putem.

Pag. 139, 2 QVID refert clamne palamuē roget) Supra indicaui-  
mus superstitionem veterum in votis tacite concipiendis.  
Apuleius : Tacitas preces in templo Deis allegasti. igitur magus  
es. aut cur optasti?

12 VLLI non ille puelle) Libri nostri vlla *αρχούσας*.

17 TER tibi sit libo) Varro : Hisce manibus lācte sit non  
yino.

19 ILLA alind tacita iam sibi) Lege auctore optima  
scriptura, IAM s v a. Iam sui iuris, non ex praecripto  
matris. Pendet hoc ex eadem stulta religione votorum ta-  
cite concipiendorum.

22 SIT iuueni grata adueniet) In libris nostris VENIET.  
Lege igitur:

*Sic iuueni grata, veniet quem proximus annus.*

Grata hoc est gratare.

23 HIC idem votis iam vetus adsit amor) Liber infimæ  
vetustatis E S S E T A M O R. Quod retinendum est. Iam, in-  
quit, votis proximum annum inuocat, vt iste iam vetus es-  
se videatur. Si vota spectes, quæ faciunt, iam puces eos plu-  
rimos annos amare. iam vetus videtur eorum amor. Eo-  
rum enim votorum festinatione videntur properare anni.  
Sic Petronius - votis absentem interficit hostem. & Oedipus ille  
apud Sophoclem: - *εγώ δέ οὐδέποτε*

*αἰωνος ἐχους. εἴ τι μηδέποτε πέθω*

*τάλεφθιο. - Nisi, inquit, votis ipsum interfe-  
ci, nisi imprecatione mea mors illi properata sit.*

30 DICETVR si quis non habuisse suam) vetus liber, *sua*  
hoc est gaudia. Vtro modo legas parum interest. *Mea gau-  
dia, ταῦτα πεισμάτα, meos amores.* Val. Cato in Diris.

*Inuideo robis agri, mea gaudia habetis.*

32 NE legat id nemo) Dua negationes pro vna. Pro-  
pertius: *Absenti nemo non noctuisse velit.*

Pag. 140, 1 VVLTVS componere) Proverbum est, *πλάνην τερ-  
πων.*

4 INVISVS natalis adest) Messala amauit Sulpitiam.  
Hec est, ni fallor, quia Messala carminibus suis celebra-

l. j.

uit, de qua Virgilius in Prolusionibus scribens ad Messalam ipsum:

Certatim orabant omnes Heroida Diue.

Certatim Diue munere queque suo.

Felicem ante alias tanto scriptore puellam.

Nunc Messala eam rus ad natalem suum celebrandum inuitat in agro Eretino. Illam piget eo ire, quia relinquendus esset Cerinthus, sine quo omnes epulas insuaves, omnne solenne festum, nefustum putat.

6 A N vrla sit apta puellis] Nostris libri, puelle. & sane de se non de alijs loquitur.

7 A T Q Y E Aretino] Assentior doctis hominibus, qui Eretino legunt, quia Aretium nimis longinquum esset, quam ut puella ab vrbe eo animi caufa deducenda esset. Praterea superius libro primo dixit fundos post sedis in finibus Albanis, & Tusculanis. Eretum vicinum Trebulæ, ut testatur Strabo. Meminit Virgilius: *Ereti manus omnis.* Totus autem ille tractus gelidissimus, ut pote quum intra montes porrectus esset. Martialis:

*Humida quo gelidas submittit Trebula valles,*

*Et viridis cancri mensibus alget ager.*

Puella igitur conqueritur se in frigidissimum agrum abduci, & quod familiam ducit, sine Cerintho suo. Ineptum vero putare hic *annis* legendum esse, quum annis quantumvis frigidus nihil nocere possit. Ineptius vero aquas vicinas frigidas hic putari innui, quod video quibusdam placere, quas aquas *λαζαριδα* codex vulgatus Strabonis vocat, quum legendum sit, *λαζαριδα*. sed sine dubio legendum *frigidus annus*, non *annis*. Conqueritur se diuellia Cerintho tempore anni inclementissimo in agrum frigidissimum. Ita loquuntur veteres, ut Plancus Ciceroni, *Copias tempore anni eduxi. Græcum est ὁ τεχνητος.* Sane hac est vera lectio, quam hic proposuimus. An, inquit, opportune hiems transfigetur frigidissimo agro? Vide quas difficultates proponit, hiemem, agrum frigidum, puellam sc, vrbe carere, abesse a Cerintho.

8 I A M nimium Messala) Noli nocere, dum iuare putas. hoc est enim, *nimum studiose.*

9 N O N tempestiuæ) Qui sape te accingis itineri in-



tempesituo. Est enim anni tempus asperrium. Quare hæc confirmant emendationem nostram, *frigidus annus, pro frigidus annis.*

10 HIC animum] Quanuis alio abducta, tamen Romæ, vbi Cerinthus est, animum, sensuque meos relinquo, Quanquam negare non possum, me vri amore tui. Hoc enim est, quod ait: *Arbitrio quanuis non finis esse tuo.* Nam qui amat, suis non est, quanquam potest esse: quanuis tu arbitrio meo non finis esse Romæ, quod melius est. Est autem mollissimum, ac delicatissimum epigramma, & Tibulli Musa digrassimum. Et, nisi fallit me iudicium meum, haec tenet eius sententia obscura fuerat.

13 S C I S iter ex animo ] Hæc verbis suis Tibullus ad Mefalam. Scis, inquit, Sulpitiā a profectione illa in agrum tuum destitisse. Quare quum illa obfirmarit se non ituram, nos sine illa natalem tuum celebremus.

14 NATALI Rome non finit esse suo ] Diu est, quum hic versus corruptus est. Ita enim codex infimæ vetustatis habet. At optimus ille longe alter, nempe:

*Natali Roma iam licet esse tuo.*

Iam, inquit, illi licet esset Romæ, dum tu celebras natalem tuum rure. Sustulit enim iter ex animo. Hoc est, decreuit non ire. Sane absque illa optima membrana nullus verus sensus ex hoc epigrammatio elici poterat.

18 GRATVM est securus] Gratum est, inquit, o Cerinthe, quod tam libere fateris te securum esse, ne in te peccem turpi adulterio. Apage cum tua illa securitate, dignus non ingenuo amore, sed aliquo prostibulo, aut quasillaria muliere. Satis sollicite obseruant me riuales tui, & diligenter ac curiose cauent, ne id flagitium commitram: quos illa pudicitia mea, quæ facit, vt ne alij viro succumbam, acriter viri. velalent enim & sibi morigera essem, & facerem id, quod tu te tam secure ait negligere, quum ait te non vehementer curare, ne male inepta cadam, hoc est, ne peccem alio viro. Hæc, quia obscura erant, suis a me contra morem meum explicata sunt. Non enim satis ea vulgus assequebatur, imo Sibyllæ folium illis erat hoc poematum acutissimi argumenti.

20 SIT tibi cura togæ potior) Togatam, & quasillariam  
l.ij.

ancillam simul coniungit, ut Horatius:

- bonam deperdere famam,

*Rem patris oblimare, malum est, vbi cunque (quid inter-  
Eſt?) in matrona, ancilla, pecceſe togata.*

Ita legendus locus ille apud Horatium: qui vulgo male ab  
interpunctionibus laborat.

cod. P R E S S V M Q Y E quasillo) Intelligit, ut dixi, ancil-  
lam quasillariam. Petronius: Nec contenta mulier tam graui  
iniuria mea, conuocat omnes quasillarias, familiæque folidisſi-  
mam partem. Iuuenalis:

*Horrida quale facit residens in codice pellex.*

Quasillariam intelligit.

22 S O L L I C I T I sunt pro nobis) Fingit alios amatores  
ſibi esse, quibus dolet, quod vni Cerintho addicta fit. fin-  
git, inquam, ut iam tepeuentem pueri amorem accendat.  
Quod sane non potest dici, quam venuste ab erudito  
poeta commentum fit.

23 M A X I M A cura) Repone, ut libri, & primæ editio-  
nes habent, M A X I M A C A V S S A. Causa ne creditat igno-  
to toro, est amor, quo vnicum Cerinthum complectitur,  
fides, quam integrum illi vni seruat. ignotum torum,  
quemuis alium, cui succumbat, intelligit.

26 E S T N E tibi Cerinthe) Male cum aspiratione prima  
syllaba huius nominis scribitur, est enim K̄ev̄oç. Huius  
etiam formosi meminit H̄oratius Sermonum primo, Sa-  
tyra secunda. Pendet autem hoc epigramma a præceden-  
te. Verum enim est illud: Amantium iræ amoris redin-  
tegratio est. Sulptia volens amorem suum diffimulare  
Cerinthum cum illa responsione, quam superius vidimus  
reliquit. Nunc amoris impotentia incidit in morbum, &  
fatetur adolescenti se non alia via posse malo succurrere,  
quam si sentiat illum amore sui mutuo vri. Denique aper-  
te fatetur se nihil tota vita sua stultius fecisse, quam quod  
illum deseruit, studio ardorem suum diffimulandi.

30 N A M mibi quid proficit Noſtri codices:

*Ah mibi quid proficit morbos euincere?*

eo. Q V I D tu) Corruptus locus. Nā legendum - vbita.

*Ab mibi quid proficit morbos euincere, vbi tu*

*Noſtra potes lepto pectore ferre mala?*

**A** Nam libri illi habebant *lento*.

Pag. 141, 1 N E tibi sim mea lux) Iurat. Optat sibi euenire contrarium voto suo, ni poenitentia, quod eum pridie reliquisset. Votum est, vt ab eo tam feruide ameritur, quam paulo ante amata fuerat. Ne, inquit, ita non amer a te, vt ante hos dies amabar, ni stulte feci quod te reliqui volens ignem meum disimulare.

**S** HESTERN A quod te solum) Innuit ea, quæ superiore epigrammate dicta sunt. Scio hæc antea plebi Grammaticorum, & fortasse proceribus Criticis ignota fuisse.

**N** VLLA tuum titulis) Nescio vnde illud Titulis confluerunt correctores isti. Libri enim nostri habent, nobis. & recte, sententia plana est. Ita autem loquitur Propertius:

Nec mibi rivalis certos subducet amores.

**H** O C primum iuncta est federe nostra Venus) Hoc est Cœnus novi portæ riuæ ap' xlvi' ex aera oræ uæda.

**T** V mihi) TV MODO Liber noster.

**Q** V A E sola ante alios est tibi magna) Inepta T I B I. Lege M I H I. ut habent libri nostri. Iuno Genius femina- rum. Ait ergo genium pueræ sua sibi omnium Deorum esse maximum. Notum est feminas iurare solere: Iuno- nem meam iratam habeam.

**H** E V cui mea pignora credo) Inepta lectio, quum libri nostri habeant:

Quid facio demens? heu heu mea pignora cedo.

De concidendis pignoribus eorum, qui illis captis absen- tes coercebantur, Cicero scribit de oratore. Profecto de- menter esse oportet, qui sua sibi pignora concidat. Pro- uerbum non notatum, sua pignora cedere. Referendum er- go ad illud vetustissimum ius Romanum.

**P** R O D E A T iste timor) Hæc quoque lectio quam inepta est? Veteres nostri libri, proderat, una litera mutata lege, proderat. Ah quid iuraui. iste timor tibi magis prode- rit. quomodo? subiicit: Nunc tu fortis eris: nunc tu me audacius res. At ij, qui putant se plurimum Tibullum iuuiscere, quod ex prodeat faciunt proderat, & ea pompa nimium quantum vectantur, quam bene hoc modo huic loco cauerint, ipsi viderint. Nam ne tunc quidem consta- bitsententia. Nam quare diceret se poenituisse quod iura-

1.iii.

uerit, si illud iusurandum proderat? Contraria plane hæc, & pugnantia.

31 SED Veneris sanctæ confidam vincens ad aras] Persistit  
et uerolosæ. Nam quia seruum se dominæ suæ dicit, illius  
quidem se mancipium profitebitur, sed quia domina in se  
nimis leuit, confugiet ad aram Veneris, ut eius laeti-  
tiam vitet. Nam duo perfugia habent serui, aram, &  
deprecatorem. Vnde illud: *Nec hic tibi aliquam aram, aut  
deprecatorem paraueris.* De ara habes exempla apud comi-  
cos, & in iure de seruis ad statuas confugientibus. Euripi-  
des Andromacha:

- ἔχει δὲ καταφυγεῖν θηρ μὴ πέτεσαι  
Δοῦλοι δὲ βαμψούς θεάντες -

Deprecatorum autem mentio apud Terentium Phormio-  
ne, qui precatorem vocat. *Nunc ad precatorem abeam, qui  
mibi sic oret, &c.* Meminit & Iurisconsultus de Aedilitio  
Edicto l.x viii. & l. Bouem, Eleganter ergo hæc Tibullus.

32 H A E C notat iniustos supplicibusque fauerit.] Eadem sen-  
tentia alibi:

B  
Blanditis rult esse locum Venus ipsa querelis.  
Supplicibus miseric flentibus illa fauerit.

Pag. 142, 3 C R I M I N A non hæc sunt nostro sine ficta dolore]  
Et Propertius:

*Quid mihi desidie non cessare fingere crimen.*

Tamen libri nostri habebant facta, non ficta.

Pag. 143, 27 T E quoque Virgilio comitem] In pereructo illo  
Ichedio Titulus huic epigrammatio erat, D O M I T I  
M A R S I. Quare hoc illi debemus, quod eius ope poe-  
ma suo auctorí asseruerimus. Nam sine illo fieri non po-  
terat. Est autem ex quadam Marfi Elegia depromptum,  
ut appareret, in qua bonorum poetarum mortem descrebet,



IOSEPHI SCALIGERI  
IVL. CAES. FILI

CASTIGATIONES  
IN SEX. AVRELI PROPERTI  
LIBRVM PRIMVM.

CYNTHIA PRIMA] In plerisque Val. Martialis manuscriptis exemplaribus in Apophoretis inscribitur liber iste, *Properti Monobiblos*. vt appareat antiquissimam esse inscriptionem illam. Et sane verum est Monobiblio appellationem antiquam esse, sed toti operi Propertiano eam vnam appellationem fuisse, id vero falsum est. Propertius adhuc in amoris tyrocinio primum librum emisit, quem monobiblon appellavit. quia singularis tantum liber esset, & non plures, vt Galli, & Varrois Atacini. Sic Iurisconsultorum singulare libros appellantur, Pandectarum consarcinatores, vt Vlpiani de sponsalibus, de officio praefecti vrbi, &c. Pauli de poenis paganorum, de poenis militum. Hunc primum enim tantum edidisse se ipsemet testatur libro secundo quum scribit:

*Tu loqueris quum sis iam noto fabula libro,*

*Et tua sit toto Cynthia lecta foro?*

Satis ostendit singularem illum se primum & scripsisse & emisisse. Quin & illa satis probant:

*Vix vnum potes infelix requiescere menscm,*

*Et turpis de te iam liber alter erit.*

Iam inter primi editionem, & alterius scriptiōnem mensem intercessē cognoscimus. Satis etiā illo idem probamus:

*Queritis unde mihi toties scribantur amores?*

Iam enim & scriperat & ediderat. Sic Horatius libris tribus carminum longo post tempore quartum addidit. Sic Martialis singulos suos edidit. At Martialis libro primo Monobiblio titulum non fecit, quid tum postea? Ita pla-

l. iiii.

cuit Criticis vocare, ut hic primus Monobiblos esset, quia seorsim editus, & postea ut nomen non amitteret, tametsi tunc solus non esset, quia alij additi. Quid quare praeterea? Ita, vt dixi, Martialis etiam vetustissima quadam exemplaria in apophoretis hunc titulum Monobiblos preferunt in lemimate distichi: *Cynthia facundi carmen iuuenile Properti.* Itaque dissimilis plane sui est Propertius in secundo & sequentibus. Nam in primo plane ēāwīzē. In uno manuscripto, cuius copiam nobis fecit clarissimus Iac. Cuiacius, Titulus idem conceperus est, item & in antiquis editionibus, hoc vno excepto, quod Nautæ alterum cognomen illi attribuunt. Ita enim scribitur: *Sex. Aureli Properti Nautæ monobiblos ad Cynthia*. Sed satis certum est nomen Nautæ illi adtributum ex virtiosa scriptura - *qua nauta diues eras*. nam legitur nunc emendatum, *non ita diues eras*. Quis igitur sit & quare monobiblos liber, & unde Nautæ nomen natum sit, ostendimus. Nescio vero an omnia huius poetæ extant opera. Nam versiculos, quem de eo producit Fulgentius, *Diuidias mentis conficit omnis amor.* Versiculos, inquam, ille non extat in ijs, quæ hodie ad manus nostras peruererunt. Quare aliquid desideretur necesse est & potuita fieri. Nam aurorum nostrorum memoria in cella vinaria inuentus fuit. ex quo exemplari omnia illa, quotquot hodie in Italia habentur, descripta sunt. quo fit, vt vetustum eius poetæ nullum exemplar inueniatur. Qui autem illud descripsit primus, næ ille audax aut negligens homo fuit, quisquis ille fuit. nam præter innumera menda, quibus totum librum præstantissimi poetæ aspersit, magni sceleris se obligavit, quum in secundo, & tertio libro integras paginas, & magnum numerum versuum suo loco luxauerit, & infinitis locis magnas tenebras offuderit. adeo, vt neminem esse putem (libere enim quod sentio fatebor) qui hunc poetam in secundo libro nisi per caliginem, quod dicitur, intelligat. Nos primi eam perturbationem versuum odorati sumus. & bene nobis successit labor iste. Parem enim diligentiam in eo restituendo, ac in Tibullo, posuimus. Miraberis, candide lector, neminem ynquam extiisse, qui id ante nos viderit, quum tamen multi eius poetæ studiosi hodieque sint. Sed,

quod supra tetigimus, plures sunt, qui cum poetam ament, quam qui intelligent. Atqui rei publicæ literatiæ intererat cum poetam & integrum, & emendatum legi. Neta-  
men quæso putas nos operam nostram venditare. Nihil enim præstissimus, præt erunt ea, qua: a doctissimis viris exspectamus, qui exemplo nostro excitati, rametsi in his lu-  
cubrationculis nostris longe dissimilem studio euentum  
comperient, tamen conatum non improbabunt.

Pag. 146, 6 POSSE Cythænis] κυθαινι vel κυταια, κυταιος. ve-  
ικαια, ελαιος, sed tunc claudicaret versus. Suspicio Pro-  
pertium scripsisse:

*Posse Cytaeis tuis ducere carminibus.*

Cytais est Medea.

24 A V T quid Orontea] Oronteam myrrham non quod  
in Syria nasceretur, sed quia Antiochiam eo tempore to-  
tius Orientis celeberrimum emporium camelis deferre-  
tur. Sic malabatum, quod non nisi in India prouenit, Sy-  
rium vocant poetæ, propter candem caussam. Non enim,  
vt Dioscorides falso prodidit, in paludibus Syriae prouenit.

Pag. 147, 2 LITTORA nativis pelluent piæla lapillis ] Vetus  
scriptura in nostro, persuadent, non pelluent. Una litera mi-  
nus legendum persident, quod εμφανεστερι est. vi ostendat  
lapillos per se prouenire, sit eos quasi ad fudoris  
bullas etempere. hoc enim est persuadari.

14 N O N ego nunc vereor ne sis tibi vilius istis] Ea est in no-  
stro manuscripto lectio: sed mendose. Legendum enim:

*Non ego nunc vereor ne sis mihi vilius istis.*

Sequentia conjecturæ nostræ subscribunt, & vulgarèm  
editionem falsi dāmant.

20 N O S T R A E gratissima rite] id est, nobis. vt dicebant  
codem modo ætati nostræ.

Pag. 148, 6 O S C U L A Q V E admota sumere & arma manu] Pu-  
taui olim adolescentis legendum, sumere tarda. Sic libro se-  
cundo: Oscula sunt labris nostra morata tuis, fortassis melius:  
sumere certa manu. certa non reluctantia, propterea admota  
manu. vt ultima syllaba in voce A R M A ex sequenti con-  
flata sit.

18 E X P E R T A E metuens iurgia] Noster codex, verbera.  
Horatius - metuentes patruæ verbera lingue.

10 ARGVS vt ignotis] Lege, Argus uti notis. & fortasse scriptum fuit, gnotis archaico more.

21 D O N E C diuinis] Lege, Diuinis. hoc est fissas. sic infra diuinis legebatur in manuscrito, pro diuinis.

Possim ego diuinis iterum coniungere amantes.

Itaque alterum pro altero facile commutatur.

26 A L T E R I V S clavis expulit] Liber noster, rettulit. nimurum, quia repulit scripserat poeta. ita repone.

Pag. 149, II S P A R T A N A M referas] Repone auctore libro scripto, Spartanae Hermione. Licet laudibus referas formam Antiopæ, & Hermione.

16 H A E c sed forma mei pars est extrema furoris] Sic in eandem sententiam libro secundo:

Nec me tam facies, quanvis sit candida, cepit.

27 D E F E R E T ] Liber, Differet. Ita repone.

31 N O N villo grauius tentatur ] Hanc chriam Gnome Euripidis exprimit:

τὰ μὲν γένεας δεύτεροι αὖτε πάλιοι γεννᾶν,  
αὐθόπος δ' αὐδοτάνουσ' αἰδοτάνες βίσ.

Pag. 150, I M A N E A T sic semper adoro] Virgilius:

In rupe, in saxa volens vos Turnus adoro

Ferte ratem -- Ouidius:

Hanc ego, me non ut defendere tentet, adoro.

Bassus autem iste est Iamborum scriptor. Ouidius:

Ponticus heroo, Bassus quoque clarus Iambis.

8 E T mihi ignotos vestigia ferre] Prouerbiū est. Horatius - & incedis per ignes Suppositos cineri doloso.

10 N O N est illa vagis] Vagæ puellæ, eirajdi. contra Horatius Deuias. At bonus Beroaldus vagas sumit pro variis, & inconstantibus.

11 M O L L I T E R irasci non solet) Quomodo non solet, si nunquam adhuc expertus est? incedere enim per ignotis signes eum dixit, ut pote qui Cynthia amore tum primum incalcebat. Nam ille oscitabunde hæc legebatur quisquis hæc mutauit. Scriptura enim vetus habet, non sciet. Quod explicatione non indigeret. Facilis autem lapsus fuit, ut c, in o, & i in l mutaretur.

12 Q V O D si forte tuis] Et hæc quoque non minore flagitio, quam illa, mutarunt, quem liber scriptus habeat,

*Aut si forte ausis non est contraria nostris.*

est συχώπους. Aut pone illam mihi pro te precanti vietas manus dedisse. Manifestum enim Gallum æmulum fuisse Propertij, & tunc primum cæpisse Cynthiam amare, ac oralis Propertium, ut sibi pararius & proxeneta esset veller inter se & illam in amoribus nouis. Id quod tota ex hac elegia colligas licet, præsertim ex fine: - *non impune illa ro-gata venit*. precatorem enim sibi & rogatorem Propertium allumpserat.

Pag. 151, 21 OSCVLAQVE *opposito dicat sibi*] Proverbum a me nuspian animaduersum, Rem abstulit, reliquit ventum pignori. Simillimum illi, Nucleum amisit, reliquit pigneri putamina. Sic puto: Abstulit pecuniam, ventum reliquit pigneri. Aut tale quid. Oscula, inquit, abstulit, reliquit ventum pignori. Opposita ædes sunt pigneri Teren-tio. Ait in vanum oscula illi dedisse, quæ sibi adhuc de-beantur, vt pote quam perfidiose illam reliquerit.

25 *NAM tua non etas unquam seruivit*] Mutatum igno-ratione prisca lectionis, quæ habebat, cessavit. cessare amo-ri, operam dare amori. Horatius:

*Ad strepitum citharae cessatum ducere curas.*

strepitum citharae, cui cœslatur, hoc est, cui vacatur.

Pag. 152, 25 Q VOD *nolim nosfros euoluisse*] Ita & liber noster. Sed magis placet, quod Beroaldus in suo legit, *euoluisse*. Quod magis, quam voluisse. imo potius ab euolendo. Idque retinemus. vt dicitur - *id voluere fata*.

29 *NEC tibi subiicit*, verbum scænicarum operarum. ιωτελαι. ιωτελαιη est dictare alicui, mone-re, unde monitores, qui alter Secundarij dicebantur. hoc est, ιωτελαι. Glossæ, Secundarius, Subdiga, ιωτελη-lege, Subdica, qui secundo dicit, quanquam hoc vere non est monitor.

ead. *SAE VVS AMOR*] Inepte etiam hæc mutarant in-terpolatores. Nam serus, non seu scripterat Propertius, ut cognoscimus ex libro calamo scripto. Quare serum amorem dixerit, non obscurum est ei, qui totam elegiam legerit.

Pag. 153, 1 ARDORIS nostri magne poeta iaces] Scribo, vt in veteri, *magne poeta vale*. Hoc enim prætereuntes dicebant,

H A V E , A T Q U E V A L E , quod etiamnum in vetustis aliquot monumentis visitur in Italia, & Narbone, vt:

L A G G E . F I L I  
B E N E . Q V I E S C A S  
M A T E R . T V A . R O G A T  
T E . V T . M E . A D . T E  
R E C I P I A S . V A L E

P . Q . X V .

II TV pedibus teneris positas sulcare pruinæ ] In nostro li-  
quide scriptum est - positas fulcire ruinæ . Ruinas vocat, ni-  
fallow, rumentem calo aquæ concretae, & niuis stragam. Hoc  
enim exprimit belle Petronius:

I pse iam nubes ruptæ super arma cedebant,  
Et concreta gelu putri velut runda ruebat.

Victa erat ingenti tellus nine -

Fulcire pro calcare, sed sicut posuit elegantissimus scri-  
ptor Cor. Celsus libro septimo vbi *De egestate opere* agit: Quod vbi incidit, linamenta super non fulcienda, sed leniter  
tantum ponenda sunt. Nam ibi plane fulcire est, non mecen. Quanquam & simpliciter potest intelligi fulcire, sustine-  
re. nam aptum est verbum ruinæ. Apparet igitur com-  
mentitiam esse receptam lectionem, ut ne addam, quod  
sulcandi verbum hic minime aptum, quicquid arguentur  
Grammatici.

17 E T M E D E F I X U M VACU A PATIARIS ARENA ] Hæc corrupta  
sunt non leviter ab imperitis correctoribus. quod tamen  
potu accidisse propter transpositionem, quæ hic commis-  
sa est, quæ etiam eodem modo erat in nostro manuscri-  
pto. Primum igitur in eo libro ita legitur hic versus:

Et me desixum vacua patiaris arena.  
Deinde animaduertimus nostrorum patrum ætate hæc  
corrupta fuisse propter illam, quam dixi, transpositionem.  
Nam distichon illud, ET M E D E F I X U M præcedere debet illud, AT Q U E E G O N O N V I D E A M . Ita igitur &  
reponenda sunt, & interpungenda:

Ne tibi Turrhenæ soluat funis arena,  
Neue inimica meas eleuet aura preces;  
Et me desixum vacua patiatut in ora  
Crudelem infesta sepe vocare manus.

Atque ego non videam tales subcidere ventos,  
Quam tibi prouelias auferet vnda rates.

Igitur, vacua patiatur in ora, scilicet aura. ne aura eleuet  
meas preces, neue patiatur me in vacua ora te crudelem  
vocare.

**19 A T Q U E** ego non videam ] Atque virinam non videam  
tales ventos, quales imprecor tibi, residere, atque detu-  
mescere mare, quum solues ratem ab hoc litore. desidere  
venti dicuntur, quum ponunt flatum, quum flaccescunt, vt  
loquitur Pacuvius Chryse. Nam hæc omnia perperam  
vulgo accipiebantur.

**23 V T** te felici reuelam per cerula ] Hæc quoque non diu  
est, quum contaminata sunt. Habebat enim prisca lectio:

**V t te felici preuecta** Ceraunia remo

Accipiat placidis Oricos aquoribus.

Vocatius pro alio quouis casu, quum aliquem alloqui-  
mur. De quo in Ausonium satis diximus. vt:

Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis, &c.

Alibi id est. Sic mibi te referas leui, hoc est leuem. Lucilius:  
His te versibus interea contentus teneto.

Hic nominatiuo usus est, pro accusatiuo.

**25 N A M** me non villa poterunt ] Pro tede, vetus scriptura  
habet, de te, & pro limine, lumine. Quod nos ita legimus:  
Nam me non villa poterunt corrumpere, de te  
Quin ego, vita, tuo lumine acerba querar.

Nullarum vñquam mulierum amor poterit flectere, quin  
ego ea querar de te, quæ tibi acerba futura sunt. Nam lu-  
men tuum hoc est te ipsam. vt supra nostræ gratissima vite,  
hoc est, nobis. Superuacuum mihi videtur dicere cum in  
limine amicæ queri, quum hoc non sentiat, sed vbique de  
eius perfidia se conqueri paratum esse. Tede autem, quod  
hic legebatur, nullum hic locum habet. Nam non coniu-  
gia intelligit, sed quemuis nouum amorem. Verba queri,  
simpliciter dictum mihi non satisfacit. Vnus quisque, quod  
magis placuerit, sequatur.

**29 E T dicam, Atracis** ] Pro Atracis, Autaricis, &c pro Eleis  
Iffais dubitabundus reponebat Beroaldus. quod tamen  
non tanquam a dubitante, sed vt a iurato dictum eslet, om-  
nes editiones admiserunt. Quia mentio fit Illyri, pro-

pterea putauit hic gentes Illyricas substituendas esse. Atqui A proconsul iste non proficiscebatur in Illyrium. neque enim nauem soluisset ab Ostiensi portu, sed a Brundusino. Ab Ostia enim manifesto soluit, quum ipse dicat:

*Ne tibi Turrhena soluatur finis arena.*

Proficiscebatur autem in Achiam. quod ipse postea his verbis declarat:

*Illa vel angusto mecum requiescere lesto,*

*Et quocunque modo maluit esse mea,*

*Quam sibi dorata regnum vetus Hippodamia,*

*Et quas Elis opes ante pararat equis.*

Quia igitur Acroceratnia, qua sunt in finibus Illyrii ad Epirum usque præteruehi necesse habebat, propterea tractus Illyrici meminit. & alibi,

*Dic alias iterum nauiget Illyrias.*

Quum igitur illam ad portum usque Oricum prouehi oportet: quid opus hic populis Illyrii? Sed, ut iam dixi, prætor aut proconsul ille in Achiam proficiscebatur. Itaque Atracij sunt populi Aeroliæ, quos Atracas Plinius vocat, ab Atrace fluui, qui Ionio confunditur. Ab eo sunt initia Achiae. Itaque quum Catullus ait, *Smyrnam Cinnæ Atracis ostia penetraturam, innuit eam in Græciam peruenturam, ut hominum Græcorum quoque manibus teratur.* Quare male cenfet Beroaldus hic *Autaricis pro Atracis reponendum: ut pari errore Iffæis, pro Eleis.* Nam ad Eleos & Peleponensum ibat proconsul. Videatur enim manifesto Achaia prouincia illi obtigisse.

*31 HIC erit hic iurata manet.] Repone ex veteris scripturæ fide:*

*Hic erit hic, iurata mea est. rumpantur iniqui.*

Pag. 154, 15 *C O N T I N G E R E sidera plantis.] Mallem palmis.*  
Nam prouerbium erat: *Digitu cælum tangere.*

*23 E T tibi nunc quæuis imperat emta modo.] Non quæuis fane. nam vnam tantum deperibat. Sed bene vetus scriptura, *quoniam non quæuis.**

Pag. 155, 16 *Q V I non ante patet donec manus attigit offa.] Be-*  
*roaldus cenfet dictum, amorem non ante patere, donec intra medullas intrauerit. At ego quæro, quid faciemus illo M A N Y S ? Nam si dixisset, *Qui non ante patet, donec at-**

*tiget offa*, hoc aliquid esset. Præterea verbum *attigit*, non pertinet hoc cum illa significacione. Nam simplici potius usus esset, tetigit. vt:

*Quem tetigit iactu certus ad offa Deus.*

Quid quod hoc non vult poeta? non enim nunc tempus nec locus est huic sententiae. Dicam quod verum puto. Videtur mihi legendum minima licentia, sed immane quanta sententiae diuersitate:

*Cui non ante patet, donec manus attigit, offa,*

*Quisquis es, a fidinis anfinge blanditias.*

Quisquis es, qui non credis te fruiturum re, nisi eam manus adprehenderis, caue tibi a blanditijs, quibus te pelliunt puellæ, & vanæ spe producunt. Proverbiū est, vt appareat. Romani bolum & offam, pro præda quæ manibus tenetur, usurpabant. Vnde, doleo hunc bolum mihi creptum e faucibus: &c, inter os & offam. Enunciatum proverbiū ad illius exemplum, Manus nostræ oculatæ sunt, credunt quod vident. Ergo, *cui non ante patet, donec manus attigit*, crit, Qui manus oculatas habes, quæ nihil credunt, nisi quod vident. Elegantissimum videtur mihi hoc proverbiū. Et multa talia usurpat παρομιώδη Vmber noster, quæ non temere alibi reperias.

21 S A E P E in amore levat] Scriptus liber, IV V A T. Quod melius est.

24 A D F V E R A M restris conscius in lacrimis] Propertiana loquutio, *consciens in lacrimis*, imo archaica. Alibi:

*Surget & inuitis spiritus in lacrimis.* Item:

*Tantus in ereto surgit amore dolor.*

28 V I D I M V S in longam ducere verba moram] Alia lectio est in scripto:

*Quum te complexa morientem, Galle, puella*

*Vidimus, & longa ducere verba mora.*

Quæ non aspernanda sunt.

Pag. 156, 7 E T possim alterius curas] Liber noster, pœnas.

10 Q V A E Q V E cauenda forent] Interpolata ex veteri scriptura. Nam ita in libro nostro legitur: *Queque querenda forent, lego, Queque verenda forent.* Nihil tamen de sententia deperit.

25 P R O X I M A Misēnis] Non est dubium, quin ita inter-

polarint Grammatici, quum lepida repetitio sit in nostro: A  
*Et modo Thesproti mirantem subditam regno,*  
*Et modo Misenis aquora litoribus.*

Intelligit duo maria, alterum Puteolis, alterum Misenis subiectum. Dyon libro quadragesimo octauo: ἐν τῇ κύριῃ καμπάνῃ χρεῖον οὐ μεταξὺ μυστῶν γέ πεντεόλων μένοντος ὅροις τῷ στοιχείῳ καὶ φιλοῖς πάλιον βεστήγων ἀστελλούσαις, γέ θελασαν πεντελῶν κοπιάδην ἔχον. Deinceps ponit quae sint eæ θελασαν. In medio mari erant Baiae, nempe prope Lucrinum. Quum igitur Cynthia esset Baiae, sinistra Puteolos, qua est ora Thesprotia, dextra Misenos habebat. In ora Cumarum, qua Græcis colonijs Abantum prætexta erat, sunt Puteoli: quam oram propterea vocat regnum Thesproti: quia Thesprotus nomen fecit Thesprotiæ Epiri: a qua Ambraciota Abantes profecti occuparunt eam oram, ubi fuerunt Cumæ, ut & mediocriter docti sciunt. Quid ergo est, quod hic tam facessit negotium doctissimi viris? Amabo desinere præclaris in doctrina viri amplius in re vel pene pueris nota hæsitare. Primus ansam dubitadi dedit Samazarus apud Miscellanorum scriptorem Alexandrum de Alexandro Neapolitanum. Si miraris Thesprotiam dici, ubi Thesproti coloni sunt, quare non etiam miraris Franciam in Celtis, Langobardiam in Insubribus, Burgundiam in Maxima Sequanorum, Vasconiam in Nouempopulania? At tandem rixarum modus esto. Quod igitur falsa sit, & vitiosa vulgata lectio, appetet ex verbis Dionis, qua supra adduximus. Nam idem sinus non est subiectus Thesprotiæ Cumarum, qui & Misenis. sed inter hunc & illum, est Baianus. Quare hic error erat & αχαρογεαφοισι.

26 N O S T R I cura subit memores abducere ] Abducere nobes pro abnoctare dici Latine, non mihi persuadeo. Sed neque multo sincerior est scriptura nostra, adducere. Lego, abducere.

29 S V S T V L I T e nostris] Nam in causa erit, ne amplius celebrem te carminibus meis.

32 T E N V I tentantis in vnda] Noster liber, & commentator Beroaldi, Teutantis. vna litera plus lego, Teutantis. Nam

Nam Teuthras est nomen Græcum, & aptum Græcæ coloniæ. Præterea Silius Italicus quum soleat singere nomina a fluuijs, Cumanum quēdam vocat Teuthrantem, libro vndecimo: Personat Euboicæ Teuthras testudine Cymes Incola- A Baiano igitur vicino fluuiolo Teuthrantem Cumanum vocat. Quis dubitat esse aut fluuiolum, aut Euripum, quum ipsemer poeta id clare loqui videatur?

Pag. 157, 9 C V L P A timoris erit ) Noster, timentis.

Pag. 159, 8 I L L A sit Inachis & blandior ] Male hæc distinguuntur vulgo. Ita enim potius legenda:

Nec mirum, quum sit Ione digna, & proxima Leda,

Et Leda partu: gravior rva tribus

Illa sit Inachis & blandior Heroinis.

Tribus Inachis heroinis, hoc est Leda, Helena, & Clytemnestra. Nam male interpres Beroaldus.

13 ET quodcumque voles rva sit ista tibi] Martialis:

Et quicquid voluit testa vocatur anus.

Pag. 160, 8 S A E P E egg multa tua leuitatis iura timebam] In ora nostræ libri eadem manu adpositum erat, leuitatis dura. quod verum est, & a nobis probatur. duraleuitatis, ut Horatius, per acuta belli.

Pag. 161, 25 E T mihi non desunt turpes pendere ] Desunt pendere. Silius:

Pascere, nec Pœnus prauum, aut nutrire fauorem.

Deerat -- Item:

Nec dense trepidis absunt se innoluere nubes. Item:

Nec quos rile genus despœlaque lucis origo

Fædabat, sperare sibi, & deposcere primi

Deerant imperium, & patrie pereuntis habens.

31 H A S inter grauibus cogor deflere querelis ] Legendum profecto:

H A S inter grauius cogor deflere querelas.

Præter eas querelas est quod grauius doleat mihi. Quod G R A V I V S bene repositum sit a nobis fidem fecerit, <sup>70</sup>  
T R I S T I O R.

Pag. 162, 19 M E sidera plena ] Lege prona, ut in nostro libro.  
At illud plena inceptum.

24 Q Y AE solet irato dicere tuta loco] Liber scriptus, Quæ  
solet iratus, recte. Lege autem trita, non tuta:

m.j.

*Quæ solet iratus dicere trita loco.*

Trita illa, & solita, quæ irati solent loco & tempore, hoc est quotiescumque poscit locus ut irascantur, effutare: Occurrit sœpe in libris scriptis ut Tritus, & Tutus inuicem commutentur.

Pag. 163, 6 *Nec mihi Cassiope solito visura carinam*] Hæc inconcinna sunt, neque magno aliquo mendo carent, Ego lego: *Nec mihi Cassiope solito visura carinam*

Ominat. ingrato litore vota cadunt.

Nec, inquit, sidera dant mihi omen se visura carinam. Hy pallage: ominor ex ipsa Cassiope & alijs astris me non visurum carinam, nube enim omne cælum obductum est. ominat, & ominatur, vtrunque dixerunt veteres. Pomponius Cretula: - Nil petitur? bene

*Eueniat, Ita sit. Et tibi bene sit, qui recte ominas.* Est autem Græca figura, ominat *visura*, pro ominat visuram. Sic alibi:

*Visura & quanvis nunquam speraret Ulyssem.*

24 *DONASSET funere crines*] creberrimus in hoc casu Propertius, *funere, ore, lumine, pro funeri, ori, lumini, donare* crines funeri notum ex Tragicis Græcis, & ex ipso Propertio alibi:

*Exequiae fuerant rari furtina capilli Vincula -*

29 *CANDIDA felici soluite vela Noto*] Repone *VELA* CHORO. Ex fide eiusdem libri.

Pag. 164, 15 *vt tibi sim merito semper furor*] Non attinet monere quoties illud *semper visuratur otiose* a Propertio. Hoc enim infinitis locis facit. Sic Dio: οὐδὲν ἡσάντας, οὐδὲν δύναρχος, οὐδὲν περιποιημένας, οὐδὲν ἀρχόντας, πέντε δέντε βουλεύονται.

22 *SCRIBITVR & vestris Cynthia corticibus*] Callimachus:

Ἄλλοι δὴ φύλλοι τι κεκομιδόμενοι πορεύονται

Γεέμαντος, Κυδίπτην οσσ' ἐρέοντο καλεῖσθαι.

22 *AN tua quod peperit nobis iniuria curas*] Liber noster curram, sed eadem manu in ora emendatum, curas. Ego puto legendum parua mutatione:

*An, tua que peperit nobis iniuria, curas.*

*Quae solum tacitis cognita sunt foribus?*

*Curas verbum. Ita enim melius legi posse videtur.*

26. PRO quo diuinis fontes ] Scio fontes sacros esse, non tamen ut vallis veterum eos diuinos vocauerit. Sed mendum est, quod facilime tolli potest.

*Pro quo, Di, vini fontes, & frigida rupes.*

Pro qua pietate o Dij, ita me remuneramini, ut potus aqua viua, cubile frigida rupes sit. Contra Catullus:

O Dii reddite mihi hoc pro pietate mea.

Recte igitur Deorum compellatio interposta.

31. SED qualisunque es ] Hoc distichon a Grammaticis corruptum ita ex nostro libro legito:

*Sed qualisunque es resonant mihi Cynthia silvae,*

*Nec deserta tuo nomine saxa vacant.*

Saxa, inquit, & siluae resonant mihi tu Cynthia, ut quod ex Callimacho modo citauimus, καὶ πάντα κελεύσῃ.

Pag. 165, 31. CRUDELIIS Minyis dixerit Ascanius ] Ita liber noster, & recte, dixerit, εἰπει αὐτῷ. Huius rei, inquit, testis esse possit Ascanius. Cuius?

*Sepe imprudenti fortuna occurrit amanti.*

Virgilius in Prolusionibus:

*Altera non forma, dixerit ipse prior. Horatius:*

*- fateor me, dixerit ille, Duci ventre leuem-  
ipse & ille, δέ δίκαια.*

Pag. 166, 3. SIVE Anienas tuos ] Noster codex Amerina. Pulcherimus tractus lacus Vadimonis, quam vocat Amerinam vndam, ut alibi fusius a nobis dicetur. Umbrose flumina siluae, intelligit locum, ubi Clitumnus per quedam siluae occulta eripit se et conspectu hominum. Alibi:

*Qua formosa suo Clitumnus flumina luce*

*Integrit. - Hoc suo loco explicaturi sumus.*

7. NON minor Aufoniis est amor in Dryadis ] Ineptus metaplasmus, & Propriiana facundia indignus. Noster liber & editiones ante Beroaldum, est amor Adriacis. Nos olim Valentiae Canarum vbi scripti libri fecit nobis copiam Iurisprudentiae antistes Iac. Cuiacius, emendauimus ab Dryasin, moti eodem ex exemplo in hac eadem elegia infra,

*Grata domus nymphis humida Thyniasin.*

m.ij.

nam plane ita scriptum est in libro nostro. Meminimus Aetiam eadem forma Catullum Minyafin dixisse. Ergo Dryafin, Thyniasfin, Minyafin, sunt θύνασιν, θυνίασιν, μινυάσιν. Amor ab Dryafin, ut infra,

Ab dolor ibat Hylas ibat Hamadryafin.

8 N E tibi sit durum) Lege, duro. Ne tibi duro sit adfse. ne ita contumax fueris, vt adeas.

13 E G R E S S A M longe Phasidos ifse viam) Longe viam, τὸν πόρον ὁ δόν. Sic libro quarto,

Hac ubi Fidenas longe erat ire via. Martialis:  
Rus hoc vocari debet, an domus longe?

Domus longe, ὁ πόρος οἶκος. Allusum autē ad proverbiū: εἰς φᾶσιν ἐνθα ναυὸν ἔχειν τε δόμος.

17 M O L L I A composita litora fronde tegit) Imitatur Apollonium super eadem sc̄. - - πιλέλεχαιω

φυλάδα λεμονίων φέρον ἀστον αιμόσταπες  
σύρραθε --

19 R A R A M Sep̄isti querere fontis aquam) Ad verbum ex codem Apollonio.

Θρεψ δ' ὑλας χαλκῆ σών κάλπην τόσην ὥμουν  
δίγητο κρήνης ιέρον ποτν. - Sep̄isti τόσην ὥμουν.

27 I B A T Hamadryas hinc) Scribe, Hamadryafin. αἴμα-  
δρυδέσιν. Iam diximus.

28 H I C erat Arganthi Phlegre) Scribe Peg-e. εἰ πηγαί.

29 G R A T A domus nymphis humida Thyniacis) Thyniasfin, liber noster: hoc est θυνίασιν.

30 Q V A M supra nulli) Nulla αρχαιωῶς, Codex scriptus.  
Tibullus: - rille non iste puelle Seruire --

32 E T circum irriguo) Liber, ετε circum irriguo. αὐτοῖς γένεται.  
Omnino totus Græcus est in hac Elegia Vmber noster.

Pag. 167, 7 INNIXVS dextro) Apollonius:

λέχεις έπιχειμφθείς. -

35 F O R M O S U M nymphis credere r̄isus Hylam) Noster liber, τύτυς, non ριστυς. quod germanum est Propertij. In quo, vt in tota reliqua Elegia εἰληφει. Tulus enim est θύλαξονέρος, φυλατθόμερος.

22 H A E C foror acta tuis) Sine dubio legendum,

Hecf oror Acca tuis sentiat e lacrimis.

25 ET quicunque super) Lege auctore libro, Quæcunque,  
& ita postulat sententia. Quæcunque ossa.

30 si Perusinatibi patriæ sunt nota sepulchra) Lego, sepul-  
te, non sepulchra. Si tibi nota sunt funera partiae sepultæ.  
Hoc autem epigramma facile declarat hunc primum li-  
brum seorsim antea editum fuisse. quia poeta ibi subiecit  
patriam suam, & genus; vt Horatius in fine libri primi  
Epistolarum, quem singularem ediderat, addit & genus  
suum, & ætatem.

## IN LIBRVM II. SEX.

AVRELI PROPERTI.

<sup>Pag.</sup> **V**NDE mihi veniat mollis in ora] Liber noster habet, ore.  
<sup>169,11</sup> quod retinemus. Vnde liber sit in ore meo. Venire  
apud Propertium est, *τὸν αὐχένα, τοῦ χαῖρεν.*

14 si i v e togis illam fulgentem incedere Cois) Coa pro-  
priæ puellarum famæ non nimium bonæ fuerunt. Quare  
quum Horatius dicit - Cois tibi pene videre Ut nudam est -  
facile diuinandum nobis relinquit, quam intelligat. vt si  
dixisset, in stola, matronam profecto intellexisset. Quare  
qui lectionem Horatij in Chlorin pro Cois mutarunt, mi-  
nus prudenter fecisse videntur.

20 SEV quum poscentes somnus) Profecto & sententia  
sommum legendum postulat, & scriptura libri nostri con-  
firmat.

<sup>Pa,169,32</sup> QVA pote quisque) ἔρδοι θεού, λωκάσος εἰδέντει τέχνιον,  
<sup>Pa,170,1</sup> LAUS in amore mori laus si datur altera) Recentiores  
editiones hunc versiculum aliae alio modo corruerunt.  
Sed antiquiores itemque liber scriptus recte habent:  
- Laus altera, si datur uno Posse frui. Planus est sensus. Primo  
optat amantem mori. secundo vnam ratum amare, neque  
omniuolū, vt ille ait, esse. Post hoc distichon interserendum  
huc aliud, quod est circa finem Elegiæ, quæ in vulgaris  
editionibus tertia numero est. Quare ita leges cum isto:

Laus in amore mori. laus altera, si datur uno

Posse frui. fruar, o, solus amore meo,

m. iii.

His saltēt ut teneat iam finibus: aut mihi si quās  
Venerit alter amor, acrius ut moriar.

Non solum hoc distichon suis antiquis sedibus restituimus, sed etiam inuersum pentametrum quo verborum ordine legi debuit, posuimus. Scio nō ut Ὀὐλαῖς posse exponi. sed, ut id concedamus, quam bene illud distichon sententiam suam tueatur illo loco, quo legitur hodie, velim dicant mihi quicunque opinioni nostrae aduersari patati sunt. contra, quam non hic conueniat, doceant me, quæso. ego conjecturam meam feliciori successu defendam, quam illi eam oppugnabunt.

10. EOLCHIS (Colchiacis) Malo, Iolchiacis.

26. BRACHIA & a medio peccore pellet anem] Post hunc versiculum sequi debent ordine quatuor disticha, qua in quarta elegia sunt, quorum initium, N O N H I C H E R B A V A L E T.

Pa. 171,3 Q V A N D O C V N Q V E igitur vitam mea fata reposet? Quia iam dixerat: Ambulat, & subito mirantur funus amici. Quia igitur hoc mihi contingere potest, qui cum eodem morbo confector, &c.

12. Q V I nullum tibi dicebas ] Lege:

Qui nihilum tibi dicebas iam posse nocere. Horatius:  
Coniuge leeli nihilum nocuere lagensis.

14. VIX vnum potes infelix] Post hoc distichon sequi debet illud, Liber eram. Recte ergo conueniunt, Q V A E R E B A M, & LIBER ERAM. Nam antea quis intelligebat, quorsum illa elegia, quam faciebant secundam a prima? Quid aliud sibi volebant illi, qui hæc ita digesserunt, quam ξεῖνος ἐκ τοῦ ἀμμου πλέους;

21. D I F F E R T V R nunquam] Post hunc versiculum interijce quatuor disticha, qua sunt in fine elegiæ alieno loco posita, quorum primum, A C V E L V T I P R I M O T A V R V S D E T R E C T A T. Ait differri non tolli amorem, ac tironibus amoris, qui seruitum nouum gravantur, idem cuenire, quod tauris primum iuga detrectantibus.

30. N E C me tam facies] Dixit enim iam propter formosam Pero hoc pertulisse Melampodem. quanuis, inquit, ego meam non tam quia formosa est, amo, quam quod multis artibus prædita. Recte igitur hæc coniunximus.

**A** 32 ET Mæotica) Ut Mæotica. Liber scriptus.

Pag. 172, 4 NEC si qua Arabio] Mirum genus loquendi. Hoc est, nec quia tu lutes Arabio bombyce. Sic infra:

Nec si qua illustres femina iactat anos.

Hoc est, nec quia tu iactas illustres auos.

**II C A R M I N A Q V E** Erinnæ non putat] Apparet esse commentum Beroaldi, quem ipse postea citet veterem scripturam, quam ego in nostro reperi:

Carmina que quius non putat esse suis.

Quam diuersa hæc ab illa vulgata? Nam profecto tam verum est Propertium ita vt ponam, scripsisse, quam me vivere, nempe: Carminaque æquevis non putat esse suis.

Aut, inquit, quoties contendit scripta sua cum antiquis poetris, nam poetrias æquales suas non putat versus facere. non censet esse carmina, quæ æquales suæ faciunt. Quis audebit hæc falsa esse dicere, aut recepta lectioni subscribere?

**I 3 S T E R N V I T omen amor**) Et Catullus:

Dextram sternuit adprobationem.

Sed liber noster stertuit. Quod nescio an reijcere debeam, quum etiam in veteribus libris illo modo inueniam: In epistola Cydippæ ad Aconitium:

Interæa lunæ, posito nam scribimus illo,

Stertuit. -- Sed nihil mutandum censeo. Nam sternuere non diceretur lumæ, vt nec amor stertere omen.

**I 4 H A E C tibi contulerunt**) Duplicanda hæc sunt:

Hæc tibi contulerunt celestia munera Diui

Hæc tibi ne matrem forte dedisse putes.

**I 9 R O M A N O** accumbes prima puella Ioui] Noster liber in margine corrigit loco, pro Ioui. Sic lib. III. codem modo, vbi in vulgatis est - furto polluit ille locum, vetus lectio haber, Iouem. Verum igitur est hic perperam editum esse Ioui, pro loco. Nam hoc vult: inter puellas Romanas tu prima eris. inter Græcas & peregrinas secunda post Helenam. Sic infra:

Et tibi Mæonias inter heroidas omnes

Primus erit nulla non tribuente locus.

Tralatitie ergo dixit. Nam in coniuijs digniori personæ potior locus datur. Quam diuersam igitur sententiam in animo habebant, qui Ioui reposuerant? Est enim, vt dixi, m. iiiij.

metaphora a contuijs. Ut in discubitorio potiori perso- A  
næ potior locus datur, ita & tibi in fessimonia Romanarum  
puellarum. In triclinio, ut notio verbi indicat, tres  
lecti erant. Horatius:

*Sæpe tribus lectis videas cenare quaternos.*

Medius lectus honoratior erat. Septem, ut prouerbium fert, contuium faciebant. Itaque in medio unus tantum discubebat, nempe honoratior, siue consularis aut praetorius inter Senatores: siue senator inter inferioris gradus homines essent, in duobus reliquis lectis singuli tres. Sin octo essent, in medio honoratior persona quæ erat, interior discubebat. Hæc probantur obseruatione loci Salustiani extertia historia, qui ita, ut & interpungi, & legi debet, a me apponetur: *Igitur discubere interior Sertorius in medio; super eum Tuscus Fabius Hispaniensis senator, ex proscriptis. In summo Antonius, & infra scriba Sertorii Versus, & alter scriba Mæcenus. In imo medius inter Tarquinium, & Dominum Perpernam. Hic enim in medio lecto duo tantum, Sertorius, & Fabius, seu Fadius.*

20 **N E C sémper nobiscum ]** Melior antiqua scriptura, & primæ editiones, quæ habent,

*Nec tantum mecum Romana cubilia vides.*

Persistit in metaphora. Nec tantum, inquit, inter Romanas formosas numeraberis. Tu etiam in peregrinis nomen habebis. *Mecum, ut in Catullum notauiimus, est, me iudice. ut Catullus: nam tecum multus homo es. id est te iudice, tuo iudicio.*

21 **p o s t Helenam ]** Ergo explicat quid voluerit illa allegoria:

*Romanæ accumbes prima puella loco.*

Nam quia hic dixit, tu forma secunda es post Helenam: illud erit, tu prima forma es ante omnes puellas nostrates. Ineptissime igitur haec corruperantij, qui non solum haec non intelligebant, sed etiā ut ne alij intelligeret, effecerant. Pag. 173, **i** **V R E T & eos, vret & heffepios ]** Post hunc versiculum repone septem disticha, quæ immerito hinc diuulfa fuerant, & eundem easum communem cum alijs passa sunt. Eorum initium est, **Q V V R H A E C I N T E R R I S**  
**F A C I E S H V M A N A M O R A T V R .**

A 7 PECTVS operta comis] Noster, pectine operta. lego,  
pectine operta comas. Ait pexam esse colubris, quæ subna-  
scuntur ex incisa ceruice Medusæ. Sed non aulim rece-  
ptam lectionem mutare. Nam in Ægide dicitur habere  
Gorgonem.

8 QVALIS & Ischomacho) Liber scriptus, Ischomene. Po-  
test fieri, ut hoc & illud nomen habuerit.

II VIRGINEM Brimo] Ita olim emendauit lumen  
litteratorum Adr. Turnebus. Sed antequam ille Aduersaria  
sua publicaret, nos ita emendaueamus ex eo ipso Etymo-  
logici loco, ex quo ipse quoque conieeturam suam fecer-  
at. Testis huius emendationis nostræ nobilissimus atque  
eruditiss. Ludouicus Castanæus eques Regius Torquatus,  
& Christianissimi Regis ad summum Pontificem Legatus.  
Quum enim illi Propertium explicarem, ita eius libri ora  
a me annotatum fuit. neque hoc solum, sed paulo ante,  
quum eidem quinque libros Siluarum Statij enarrarem,  
ostenderam illi eundem errorem esse in libro secundo, in  
Arborem Atedij Melioris. Nam vbi editum est: -- omnia  
questus, Inmitem Bromium: stagna innida - indicaui emen-  
dandum esse, Inmitem Brimo. Ita duo similes errores a no-  
bis ex duobus bonis auctoribus sublati.

13 ID AEI S tunicam] Liber, Tunicas. Sic Catullus,  
- & abiectis pernigilat tunicis.

17 MVLTA prius domine] Hæc elegia septem tantum  
distichorum est. Nam quatuor reieciimus in primam cle-  
giam, vt suo loco indicauimus.

20 ET crepitum dubio] Græci vocant Ηερουαπεῖν.

21 NE QVICQVAM perfusa meis] μίμησις. Iracundus,  
inquit, amatior hoc dicit secum stomachabundus, Nequic-  
quam perfusa, &c. Frustra igitur me ornauit amicæ.

22 IBAT & expenso] Tibullus:

O quoties ingressus iter, mili tristia di xi  
Offensum in porta signa dedisse pedem.

Pag. 174, 4 ET nobis Aquilo Cynthia ventus erit] & nobis erit  
fusa tempestas. Prouerbium. Nam Notus fudificus, unde  
aliqua veritas. Horatius:

Albus ut obscuræ deterget nubila cælo

Sæpe Notus --

30 *CYNTHIA forma potens Cynthia verba leuis]* Beroaldus, vt & alia permulta in hoc poeta obscurissima, hoc prætermittit. Et tamen luce magis indigebat, quam ea, quæ ille desultorio suo more scribendi iactat, qua & pueris nota sunt. Nam quis est hodie, qui hunc versum intellegat? nemo profecto, vt libere fatear, quod sentio. An, Cynthia est forma potens, hoc est formosa? vt illi obijciat, forma eius adiunctam inconstantiam? Ita igitur intelligimus: O Cynthia tu forma quidem potens es, tu es potens venuſtas, sed in verbis leuissima. At si hoc intellexisset Propertius, magis probarem, quod adolescentuli excogitaueramus:

*Cynthia formipotens, Cynthia verbilenis.*  
quod sane diu arrisit nobis. Sed nolumus affirmare ita Propertium scripsisse. Putamus igitur parua admodum licentia legendum:

*Cynthia forma potens Cynthia verba leuis.*  
aut *luis*, quod proprius lectionem accedit. *Cynthia forma*, & *Cynthia verba*, ut flumen Renum, Stertinum acumen. Pulchre igitur comminatur forma damnata periurij ex veterum religione, qui putabant θειλατόν οὐ πάχεν οὐ τοξοπονούσαν. Sic infra:

*Hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.*  
In declamatione antiqua in Ciceronem: *rxor periuriis debilitata.* Horatius:

*Villa si iuris tibi peierati  
Pœna Barine nocuisseſt unquam,  
Dente ſi nigro fieres vel rno  
Turpior vngui:  
Credereſt, ſed tu ſimil obligasti  
Perfidum votis caput, eniteſciſ  
Pulchrior multo, juueniunque prodiſ*

*Publica cura.* Vide necessario elegiam Ouidii, *Eſſe Deos credanne*, libro tertio. Quod autem periurium illi obijci verum sit, planum fit ijs, quæ superius dixit:

*Nec tibi periuro ſcindam de corpore reſtes.*  
Deinde, pallori, hoc eft, tremori, propter religionem violati iuris, aut periurij, quanuis videatur pro pudore accipere. Ait enim - *quanuis contemnas murmura fame*, hoc eft,

**A** quamvis non pudeat te famæ. Mirum igitur affectum pro affectu accepisse, pallorem pro rubore.

Pag. 175, post vers. 14 **H I S olim, ut fama est vitiis]** Hæc quatuor disticha alio traduximus, vt suo loco indicabitur.

**32 Q V A M peccare puder)** Hic claudenda elegia.

Pag. 176, 10 **P E R D I T A luminibus ]** Melius scriptus liber, prodita.

**11 A H mea tum quales caneret] Hæc omnia peruersa sunt,** & in officina Beroaldi cusa, qui multa, quæ non intelligebat, corrupit. Scriptura enim plane habet:

*Aut mea quum tales caneret tibi, Cynthia, somnos.*

**Hæc omnia igitur ita interpongenda:**

*Nam citius paterer caput hoc discedere collo,*

*Quam possem nuptæ perdere amore facies,*

*Aut ego transirem tua limina elusa maritus*

*Respiciens vdis prodita luminibus,*

*Aut mea quum tales caneret tibi, Cynthia, somnos*

*Tibia, funesta tristior illa tuba.*

Citius morerer, inquit, quam amorem meum nuptijs mutarem, aut transirem respiciens tua limina maritus factus, aut canente tibi somnos nuptiali tibia. Tibiam intelligit nuptialem, qua nouam nuptam mariti domum deducebant, noctu. Tunc enim deducebatur nupta, quum iam concubia nox esset. Itaque dicit εἰπονικός, quum mea tibia induceret tibi somnos. Atqui contra vult. Ea tibia enim ipsi potius adimeret, quū audiret nouæ nuptæ amore amicum Propertium sibi ademptum. Allusum autem ad cantum, quem καθηματίζειν, καὶ κατακοιμητὸν vocabant, quo Mercurius Argum oculati somno deposuisse dicitur.

**12 T I B I A funesta ]** Ouidius pene idem de eadem re.

*At subito nostras ut hymen cantatus ad aures*

*Venit, et accenso lampades igne micant;*

*Tibiaque effudit socialia carmina robis,*

*At mibi funesta tristior illa tuba.*

**13 Q V O D si vera meæ comitarem castra puelle]** Vbi aliquis egregius antiquitatis thesaurus est, ibi manus suas ab aliquo insigni flagitio non abstinerunt temeratores isti. Tamen antiqua iā est huius loci labes. Nam ita habet & vetus scriptura. Sed non dubium quin corrupte, quū legendum

fit: *Quod si Romane comitarent castra puelle.* &c. ut ingenue a  
facias, liber noster habebat comitarent, non comitarem. Præ-  
terquam quod iste mos antiquus Romanorum notissimus  
est, testatur & Propertius ipse alibi:

*Romanis vitinam patiissent castra puellis;*

*Efsem militie sarcina fida tue.*

Quam dolendum erat haec ita corrupta esse?

20 *HIC erit & patrio sanguine]* Post hunc versum pone  
distichon quod alterius elegiaæ calce positum est, vt hanc  
elegiam claudat: *V X O R M E N V N Q V A M, N V N-*  
*Q V A M M E D V C E T A M I C A.*

30 *N E C m e a dicetur que modo dicta mea est]* Ab hoc ver-  
siculo repone distichon *H I S O L I M V T F A M A E S T*  
*V I T I I S*, cum tribus sequentibus. De raptu enim mulie-  
rum sermo est, vt exemplis doceat se iusto dolore affici,  
quod amica sibi rapta esset. Vnde pulchre concludit,

*Per te nunc Rome quidlibet audet Amor.*

Nec mirum, inquit, in tot exemplis licentiaæ, si iniuria &  
mili facta est. Vides inepite hos versus superiori elegiaæ in-  
sertos fuisse, vbi tantum conquerebatur τιλ πανοφινια  
amicæ, & quod multos in ædes intromitteret, non contra B  
quod rapta esset.

Pag. 177, 6 *D E R te nunc Rome quidlibet audet amor]* Huic ver-  
sui adglutinandum distichon *I L L E E T I A M A B R E P T A*  
*D E S E R T V S*, cum quinque distichis sequentibus. Conti-  
nuatur enim exempla super eadem re, hoc est super raptu.

12 *E T sparsas cede iacere ] Sparsas cede ἐλληνίσει. φόρῳ π-*  
*φυριδήσει.*

15 *A T postquam sera captiuæ est redditæ pena]* Seram poe-  
nani vocat, leges in quas tandem fœdus initum est: & qui-  
bus partes viæ obligantur. Silius libro secundo:

*Iam medio seram bello poscentia pacem*

*Ductorisque simul conceptas fodere penas.*

Nam video haec vulgo ignorari. poenam vocat Silius, qui  
bus victori vietus aliquid facere damnas est.

18 *M I R V M si de me iure triumphat amor]* Post hunc ver-  
sicum sequi debet distichon, *M A G N I S A E P E D Y-*  
*C E S. postea, O M N I A V E R T V N T V R.* Deinde, *I S T E*  
*Q V O D E S T. t u m , M V N E R A Q V A N T A D E D L*



cum duobus sequentibus. Postremo, PENELOPE POTERAT. Quæ omnia sententia tenor suis patritis sedibus restituit, ut alienis eiecit absurditas.

19 MAGNI sepe duces] Ab exemplo ostendit ut in magnis regnis atque imperijs, sic in amore omnium rerum vicissitudinem esse. Ita fore, vt qui nunc admittitur, aliquando excludatur. Idque docet exemplo sui, qui diu admissus tandem exclusus est. Quæ qui non videt recte conglutinata esse, nescio quibus ioyxi, vel quibus émota persuadebit mihi vulgarem illam peruerisionem aliquam bonam sententiam efficiere.

23 SED fors & in hora] Scribo, Fors sit. Prisciano doctore, integrum est, Forstian, Fors sit an. Ita etiam Fortasse an, vt in Varro nem docuimus. Nam, nomen est Fortassis, & Fortasse. vt, Necessis, & Necesse.

25 MVNERA quanta dedi] & ego dedi munera, ut iste: sed tamen infelici successu.

29 ECQVANDO ire tibi] Reposui ex scriptura, Ecquandone.

Pag. 176, 3 VISVRA & quannis] ἐλαπικῶς, Speraret risura. Silius in fine libri noni:

- quem vincitum colla catenis

Statui ante tuos currus promissimus vrbi.

Scio hodie statutum legi, non Statui.

8 APPPOSITVM fluuis in Simoenta radix] Sine dubio versus vñq̄s. Itaque οὐελισέος.

12 SCYRIA nec viduo Deidamia viro] In margine libri nostri apposita diuersa lectio, toro pro viro. Quod rectum est. potius enim viduus torus, quam viduus vir dicitur.

Pag. 179, 2 TELA precor pueri figite acuta magis] pro figite scriptura nostra habet, promite. Apparet igitur interpolatum.

3 ATQUE hanc mihi soluite ritam] Noster, soluite curam. Proximum plane illi: Accipite hanc animam, meque his exolute curis.

4 SANGVIS erit vobis] Ab hoc versiculo locum habent illa, quæ superius reliquimus, sex disticha: SIC IGVITR PRIMA MORIRE AETATE PROPERTI. Miror quomodo docti homines, qui antehac Propertium

legebant, potuerunt aliquid hic reperire, quo sibi satisfactum in eius lectione putarent, quum omnia propter hanc transpositionem absurdissima sint.

13 SED non effugies] Noster: sed non efficies. Sed scriptum fuisse puto in exemplari, Effugies. C, pro G, ut in Catullo indicavimus.

17 SIDERA sunt testes] Mirus affectus amantis, a combinationibus ad commiserationem sui descendit.

23 AT QVE vtinam si forte pios eduximus annos) Catullus:  
Di date mi hoc pro pietate mea.

26 NON ob regna magis diris cecidere sub armis] Hic est initium elegiae. & magno scelere se impiarunt, qui ita haec cum superioribus alienis coniunxerunt, ut sequentia; quae horum propria sunt, diuellerent. Quin furorem simplificem furere noluerunt. Nam ubi scriptura vetus habebat,  
SED TEMPUS LVSTRARE ALIIS, ipsi, ut initium elegiae facerent, pro SED, legerunt IAM. Atqui hoc volebat Propertius: Verum est, me paratum nullum a capite meo deprecari periculum pro amica mea: sed ut addictus illi sim, quemadmodum antea fui, hoc vero quominus faciam, impedit me nouum consilium a me initum. alio me vocat institutum meum. Haec sunt plena affectus amatorij, nec nisi a politis ingenij intelligenda. Itaque non miror, si inficiet capita haec mutarunt. est enim hic quasi quedam valedictio amicæ, propter eius ingratum in poetam animum. Sic Catullus:

Vale puella, iam Catullus obdurat.

30 IAM tempus) indicaui SED TEMPUS legendum esse. Etiam in libro nostro haec male diuulsa sunt a superioribus.

31 ET campum Hemonio] Proverbium ἡπποι θεαταί.  
ἡπποι θεαταί, λακεσαι μόνια τε γυναικες.

Pag. 180, 19 PONITVR hic imos) Lege, hic, non hic.

24 SCRIBANT de te alii) Haec male diuulsa sunt a superioribus etiam in manu scripto. Haec respondent initio Elegiae: Non recuso pro te omne periculum subire, sed consilium non est mihi amplius de te scribere, neque frustra tempus in tuis laudibus praedicandis, quod antea feci,

conterere. de te alij scribant, an taceant, id vero susque de-  
que fero.

25 L V D E T qui sterili] & sententia, & scriptura libri no-  
stri postulat, Laudet. Idem prope cum eo,

Qui Bawium non odit, amet tua carmina Mœni.

Sic hic, Laudet te, qui vult operam perdere.

26 O M N I A crede mihi tecum uno munera lecto) Hæc, &  
sequentia omnino similia sunt illis, quæ Sappho ei expro-  
brat, quam indignam carminibus suis censebat:

κατθανοῖσα δὲ κείσται,  
χάρη ποκε μναμοσώνα στήνει  
έσσετε χάρη ποκε ὑπερον·  
χάρη πεδέχεις ρόδων  
φῆσθε περαστας.  
ἄλλι αἴφαντις οὐν αἰσθα σδόμοις  
φοιτάστης χάρηις δέ το  
βλέψῃ πεδ' ἀμαυρόν  
τελευτῶν ἐκπεποταμόνται.

31 Q V I C V N Q V E illeſuit) Hæc pene ad verbum ex le-  
pidissimis versibus Eubuli Comici accepta sunt. Sunt  
autem hi:

Ὕει λῦ ὁ γέρας τελέσπιει μέθρωπων αἴστα,  
ἢ κηροπατησίας ερωτή τετουπίερον;  
ἄλλει δέδηται πλὴν γεριδόνας γέραφεν.

ἄλλι λῦ αἴπερος τῷ Τύπων οὖν νό Σεοῦ.

ἔτιν γέτε πονοφος, επειράστησιος  
αἴπαλαγῆναι τοῦ φέροντει πλὺν νόσον,  
βαρύς δέ κομιδή. πῶς αὐτῶν ἔχοι πίεσθαι;

Postremos enim ita adumbrauit Propertius:

Sed certe pennas perdidit ille suas.

Evolat e nostro quoniam de pectora nusquam.

Pag. 181, 3 IDEM non frustra ventofas addidit alas) Idem om-  
nino Alexis:

-- λέγεται γέλογες  
τὸν δέδηται σφισῶν, μὴ πέπιθαι τὸ θεόν  
τὸν ἐρωτα, πιει δέ ἐρωντας. αἰπέιται δέ ἐχει  
ἐκεῖτοι ἄλλως. ἡγομότες δέ πιει

γεράθεις ἐχόντα πλέρυας αὐτὸν ζωγραφεῖν.

16 si pudor est) Ita recte docti viri ex veteri lectione:  
Si puer est. Sed sequentia variant, alio trahit puerum loco. Incepit,  
Nam quia pro pudor legerunt puer, ita etiam pro tela, puerula.

24 N O N tot Achemenis armantur Susa) Primus Beroaldus  
emendauit Susa, pro eo quod ante legebatur Etrusca. Idem  
etiam ait emendationem suam confirmari libro Pici Mi-  
randulæ, in quo ita scriptum erat. Ego sane nihil delibero.  
Et mihi videtur aliquod portentum mendi sub voce Etru-  
sca latere.

Pa. 182, 16 SAT sit magna) Nescio quomodo iubet tres libel-  
los sibi πομπέων, quos nōdum scriperat, ut qui ne secun-  
dum quidem dimidium confecerit.

26 Q VI nunc iacet arida puuis ) Vetus scriptura, horri-  
dapuluis.

29 Q V A M fuerant Phthii busta cruenta ) Cruenta, propter  
Polyxenam.

Alta Polyxenia madefient cede sepulchra.

30 M E M E N T O Hoc iter ad lapides cana veni memores) B  
Longe melior & concinnior lectio, quam excogitauimus,  
--- memento Hoc iter ad lapides cana venire meos.

Vel hoc iter. Nam vtrunque dici potest. sed inuersa erant,  
veni memores, pro, venire meos.

Pag. 183, 6 si tam longæ) Corrupit hunc locum Beroaldus  
impudentissime, quum ita anteal legeretur:

Quis tam longæ meminisset fata senecte  
Gallicus Iliacis miles in ageribus?

Quis, inquit, temerarius & stolidus fortis tam potuisset vi-  
uere? Vult dicere: Nestor se ipsum tam longæ vitæ reser-  
vauit, vt tot mala videret, & mortem filij. Nam si se obie-  
cisset morti præsenti animi magnitudine, non illa vidisset,  
qua illi doluerunt postea. Gallicus miles prouerbialiter di-  
citur temerarius. Nam καλύκος Σπάσση prouerbium est.  
Aristoteles Nicomacheon tertio: εἰν δ' αὐτὸς μαρνόδρος γε  
διάλυπτος, εἰ μὴν φοεῖται μέτε σθονούς μέτε κώματα, κα-  
τέπερ ταῦτα τις Κελπός. Melius autem legeretur, Quis tam  
longæ, in datiuo, Quis pro quibus. Nā allusum ad locum  
Homeri, vbi Nestor meminit longæ vitæ suæ. Quibus, in-  
quit,

quit, potuisset Nestor narrare vitam suam longam, ut facit apud Homerū, si Gallicus miles, & non prudens fuisset? Nā nota prudentia est Nestoris. Ego vero p̄apostera fortitudine morti me volo obijcere. Ita igitur interpretabimur.

8 CORPVS humati) Humari, Liber scriptus.

14 ILLIS formosum flevisse) Commentitia lectio. Nam liber noster, non flevisse, sed lauissse. Notus mos.

corpusque lauant frigentis & r̄ngunt. Supra:

Et dominum lauit mōrens captiva crenuent.

30 DICEBAR siccō) Proverbium.

Pag. 184, 2 CINERI nunc medicina datur) Commentitium Be-  
roaldi, ni fallor. Nam vetus lectio emeriti nunc medicina da-  
tur. Lege, Emeritis. Pulchrum prouerbium. Emeritus mil-  
lesqua medicina opus habet, quum omni vulneris pericu-  
lo carcat, vt pote functus militia? vel emeritus gladiator,  
quod malo, eadem sententia. At cineri medicinam dare;  
aut mortuo, cuius esset stoliditas? Atqui Propertius ait ſe  
functum militia, qui nullos sentit fastus amicæ, hæc enim  
est amantum militia.

5 CONTEMNITE amantes) Noster, contendite, obfirma-  
te vos. Vtro vtaris tamen illo an illo, non magni interest.

12 TALE QVE sub nostro nomine) Noster, nostro munere.  
& verum est. Donario enim subiici nomen, clarum est.

13 HAS ponō ante tuas] Legendum censeo:

Has ponō ante tuam tibi, Dina, Propertius adem Exuvias-  
15 NUNC ad te veniat) Hæc profecto nescio an aliquis  
bene intelligat. Certe in nostro optima lectio cõcepta est:

Nunc ad te, mea lux, veniat mea litore nauis

Seruata, an mediis fidat onus a radis,

(Quod, si forte aliqua nobis mutabere culpa)

Vestibulum iaceam mortuus ante tuum.

Vel defunctus curis, vt nunc, vel in curas coniectus, vt si  
forte mihi irascaris, vtrumuis igitur mihi accidat, ego ante  
fores tuas moriar. Ita scriptum inuenimus in libro nostro,  
sed nos eam interpunctionem adhibuimus. Q u o d, quod  
genus, cuiusmodi. Quod genus mihi accidere potest, si tu  
mihi mutata irascaris.

30 VENIREM corrumperem) Committere liber scriptus.  
Ita reponit.

n.j.

Pag. 185, 9 VIDERIT hoc si quam iam peperisse putet.) Non a  
prositus mala est lectio libri nostri:

Viderit hoc si quis iam peperisse putet  
si quis peperisse putet suam.  
31 NEC nostra Aeliacum revereret) Lugo revereret.

Pag. 186, 8 MAGNUM speramus) Spiramus. me, ελοφορούμενοι.

II P R A E T O R ab Illyricis) Prætor Macedoniae & Achaeæ  
idem, auctor Pausanias. At Illyrium erat in Macedonia,  
vel potius Macedonia Illyrium continebatur. Nam Dur-  
rachium in Macedonia censebatur,

30 STRAMINEA posset) Noster, Graminea. Intelligit  
cæspititiam calam. Horatius:

Nec fortuitum temnere cespitem. Leges sinebant.  
Pag. 187, 24 QV. AS tibi terra velim que tibi fiat aqua.) Procul-  
dubio legendum: Qua tibi terra, precor, qua tibi fiat aqua. of  
Plautus Milite, - qua mares, qua feminas. Item - qua sacrum,  
qua publicum.

Pag. 188, 3 MENTIRI noctem) Hæc cum superioribus con-  
tinuanda. Periurium, inquit, severe a diis vindicatur. To-  
nare enim solet deus in periuros. Nam peierare, & pro-  
missis ducere amantes, hoc impium iuxta cum homici-  
dio est.

4. HOC erit). Nihil muto. Sed liber scriptus habet; Hoc  
erat. Priscis temporibus hoc erat tanquam aliquod par-  
ricidium.

5. H O R Y M ego sum rates) Hæc ego vere testari possum,  
si quis alias, qui propter periuria tua quid non perpe-  
sus sum?

6 FRACTVS retroque toro) Hoc est utraque sponda le-  
cti. Ouidius:

Cur pressus prior est, interiorque torus?

7 VEL tu Tantalea mouare ad flumina.) Melius; atque  
ad eo verius habet liber noster:

Vel tu Tantalea mouearis flumina sorte. omnes ergo  
mouearis flumina, est Græcanica locutio. Hoc est, tametsi  
moueant te flumina Tantali, & eius arumnoſa sitis. Hanc  
lectionem confirmat illud sequens:

Vel tu Sisyphos licet admirere labores. in usus ergo  
Nam mouearis, & admirere, idem. Moueri vero aliquam

A rem purum putum Græcum est, ἔξιστον π., hoc est stupe-  
re super aliqua re. Et sane libro scripto præeunte nos hæc  
animaduertisse, multum gaudeo.

17 S I C C A requiescere Luna] Sicca luna, est intermen-  
struus dies. ἐν τοιά. Tunc enim spirant Aquilones. Ho-  
ratius: Thracio bacchante magis sub inter- Luna vento.

19 Q V O D quanvis ita sit dominam mutare cœibo] Suspicio  
legendum: - domine mutare cœbo. Subiicit enim rationem:

*Ad fiducia multis odium peperere querela.*

Hæc enim continuanda sunt, non diuellenda.

20 T V N C flebit quum mi senserit] Noster, quum in me sen-  
serit. Tunc flebit quum magna fide hæc tacere me audierit.

21 A D S I D V A E multis odium] Iam dixi hæc cum su-  
perioribus coniungenda esse.

27 Q V I D si iam canis etas mea vandeat] Liber noster re-  
cte caneret, non candeat. Canere, est πολιού ςημ. in utraque  
coniugatione, vt Feruere Leucaten, & similia. caneret, fa-  
ceret sunt eiusdem temporis. quare ita reponendum. Ante  
hunc versum autem legendum illud distichō: *Quis ego de-  
minuo curam. Sperat vicissitudinem rerum ut supra.*

32 Q V A M prius adiunctor] Lege, abiunctos. Abiungere  
equos & deiungere idem. Paulo diversius interiungere,  
hoc est deiungere equos donec cibo recreati sint. Abi-  
gallere quoque est idem quod abiungere. Ἀπολέξει. glo-  
fariū. Martialis: Interiungere queris ad Bonillas. Idem:

- ex hora Interiungit equos meridiana.

Pag. 189,5 Q V V M maiora] Cui maiora. Liber.

10 I P S A anus hand longa] Continuādus versiculus cum  
eo disticho: *Quum tibi nec frater nec sit tibi filius ullus. Quum*  
*inquit, tu sis anus propediem curua futura, & nullus sit nec*  
*frater, nec filius, qui te possit importugnare, præter me, qui*  
*corum vicem tibi sum.*

14 L V D I S ex externo] Inscre post hunc versum disti-  
chon illud: *An si ceruleo quedā.* Neq; explicatione indigeret.

22 M I formosa satis si modo sepe venis] *Venit formosa*, hoc  
est, formosa es, locutio Propertiana. Nam Propertius nō  
venire aīn nō tūcārē vñsurpat. Satis, inquit, formosa es,  
modo mihi vñfornuosa sis.

b.i.

31 Q VI te blanditiis non finat) Noster, Sinit. - non ille sinit  $\Delta$   
magni dominator olympi. Virgil. in Ciri - quod nec sinit Adra-  
stia. Vtrunque, pro finat.  $\alpha\pi\chi\alpha\gamma\kappa\omega\cdot$

Pag. 190, 7 E T vitem docta) Lege, doctam.

20 Q V A formosa suo Clitumnus flumina lico Integit.] Cli-  
tumnus fluuius ex lacu Vadimonis egeritur, & specu mer-  
fas postea oculis redditur. Plinius Gæcilius lib. octauo ad  
Gallum, postquam de lacu Vadimonis loquutus est, sub-  
iungit: Idem lacus in flumen egeritur. quod rbi se paulisper ocul-  
lis dedit, specu mergitur, alteque conditum meat, ac si quid ante,  
quam subducatur, accepit seruat, & profert. Nos primi no-  
men illi flumini reddimus apud Plinium, & primi hunc  
specum Clitumni apud Propertium aperimus.

27 A B S E N T I nemo non nocuisse velit] Duplex negatio  
vnius vice. Alibi: Non si Pegaso, &c. postea subiungit:

Nil tibi Mercurij proderit alta via.

31 D E O S insana fatigas] Vesana Liber noster.

Pag. 191, 9 D E te quodcumque] Hoc est, quantum ad te per-  
tinet. Sic supra:

De me, mi certe poteris formosâ riederi.

31 H O C mihi perpetuo ius est] Noster, Hæc mihi perpetuo  
ius est.

Pag. 192, 1 A H quantum de me Panthi] Continuanda hac  
cum superioribus. Páthus scriperat Cynthiae Proprietum  
calores suos alio transtulisse. Contra illud supra diluebat  
Propertius illis:

De te, quodcumque ad sündas mihi dicitur aures,

Tu modo ne dubita de grauitate mea.

Quicquid dicunt mihi homines quod te traducit mihi,  
noli propterea putare me illis moueri posse, vt mutem te  
alia amica. Mallem tamen, At quantum Panthi.

18 E X P E R T A in primo fructu cauere potest] legc. potes.

24 N V L L A meis frustra lustratur compita) Compitalios  
ludos intelligit, qui per vicorum magistros prætextatos  
fiebant. In illis ludis vidit multas pueras, quæ ludos spe-  
ctabant, vt ipse innuit.

25 O N I M I S exitio nata theatra) Própter fabulas, quæ  
agebantur illis ludis.

26 S I V A aliquis molli) Ludium intelligit.



27 SEV *varios incinit ore modos*) Tibicines  $\lambda\tau\pi\alpha\tau\alpha$  *strov̄o* intelligit, qui erant in scena, & in diuerbijs canebant. Hene autem initio Elegiae est,  $\chi\theta\zeta$ , non  $\chi\omega\zeta$ , ut in epte Beroaldus.

28 INTERE A nostri querū: *sibi vulnus*)  $\alpha\lambda\gamma\mu\delta\alpha\nu\alpha\zeta\sigma\phi\vartheta\alpha\lambda\mu\omega\zeta$ . Proverbialiter.

Pag. 194, I SPERANT<sup>I</sup> *subito siqua venire negat*) Properianum *siqua negat*, hoc est, si amica negat. Supra:

*Aut si qua Arabio lucet bombyce puerla.*

Indefinite, quum tamen Cynthiam intelligat.

5 Q V M recipi quem non nouerit ille putat) Versus interpolatus. Ne sincera quidem scriptura in nostro:

*Cur recipi que non nouerit illa retat. Lege:*

*Quum recipi quem non nouerit illa, retat.*

Fingit enim se non nosse, quem vult excludi.

8 C V T *fuit indocti*) Continuanda haec sunt. quod ex sequituribus facile patet. Continuat enim fastidia matronarū. Legendū vero, *indocto, non indocti*. Qui *indoctus*  $\lambda\tau\pi\alpha\tau\alpha$  *πιρος* fugiebam vagas puerias: nunc te ipsa expertus & doctus illas sector.

9 I P S A *petita lacu*) Proverbium. volgiuagam Venerem intelligit. Nam lacus est publicus. Horatius:

*- omnes Gestis a furo venientes scire lacuque.*

Nunc vagae pueræ placent, inquit.

II V T *commissa sue*) Vetus scriptura, *promissa*. Nescio an bene.

14 D E I N D E *vbi pertuleris*) Post hoc distichon inferenda tria illa ordine, *Et modo paonis caude flabella superbe. Quæ quam importuno loco leguntur?*

19 Q V A E Q V E *nitent sacra*) Notum quas viles merces dicat, quæ prostabant in sacra via, vt poma, & cætera non magni precij. pueri autem rogabat, da mihi sacram viam. Ouidius: *Si tibi nil dederit, sacra roganda via est.*

22 C E R N E R E *vti poſſu*) Haec vulgo non bene distinguntur. Ita enim legenda potius esse videntur:

*Cerniere vti poſſis vultum custodis anari,*

*Captus & immunda sepe latere casa,*

*Quam care ſemel in toto nox vertitur anno?*

n.iii.

Facete p̄p̄d̄ m̄d̄ s̄m̄d̄. Nam quū d̄beret dicere: Quām ā  
cāre nox̄ vna c̄mitur, vt portiās optatis, dixit, vt lareas in  
immunda casa, & vt pericliteris reiici a duro custode.

25 AH p̄eant si quos ianua clausa iuuat.) Eubulus Co-  
mīcūs:

ὅτις λέχει σκόπον νυμφεύς λάθρα,  
πάντες δέ πάτηται τὸν αθλίον πατέται;  
Ἄξιον θεωρίσαντι παθέται τὴν πλοιον  
γυμναῖς φεξεῖς, ἔπικαιρως τεταγμένας  
ἢ λεπτοίστροις υμέσιν ἐστοσας, οἷας  
ηὐερδαίοις αγνοῖς ὑδροις κιττεύς κορσες  
μικροῖς πριαδηας κερματος τῶν ἡδονών,  
καὶ μὲν λαβθεύας καὶ ποτην αἰχλανθάσσων  
πασῶν διώκειν ὑπέρεος, τὸ πόδιον χρήμα.

26 C O N T R A c̄rieſtō) Iam diximus ex Eubulo, κυματ̄  
ἐφεξεῖς, & ἐν λεπτοντις, &c.

Pag. 195, 6. TV loqueris quim sis) Et in nostro scripto, & in  
editionibus hæc perperam diuisa sunt a superioribus. ¶  
Quare coniunge, atque ita lege:

*Liberitas quoniam nulli iam restat amanti,*

*Natus liber erit, si quis amare volet:*

*Tu loqueris, &c. Est obieſtio. Et dicitur μυμπτκώς.*

8 CVI non his verbis aspergat tempora fudor) Scribe, fudor.  
quem non hæc verba pudore suffundant, etiam si surdis  
auribus essem:

14 QVARE ne tibi sit) Hæc concludunt principium ele-  
gia, aut paulo post:

*Queris, Demophoon, cur sim tam mollis in omnes?*

Vides ergo impotente hæc lacerata fuisse.

17 HOC erat in primis) Hic alia elegia incipit.

31 QVI hunc sē in tumidum) Post hoc distichon illud re-  
ponendum: DVRA EST QVAE MVLTIS SIMVLAT-  
TV M. Tu, inquit, simulato amore in falsam spem inducis  
me. Ast ego non ita, nam me nulla ætas mutabit. Vtitur  
tertia persona more suo, vt supra non semel. Dixit enim:

*Et se plus vni si qua parare potest.  
si qua enim dixit de ipsa Cynthia loquens, quasi diceret,*

dura es, qua te plus vni paras. vt supra:

*Nec si qua Arabio luet bombyce puella.*

*Si qua, est indefinite pronunciatum. Atqui de finita perso-  
na loquitur.*

Pag. 196, 8 *Q V A N V I S non ita diues eras*) Recte Bereraldus  
pro manus, quod in veteribus libris erat, reposuit, *non ita.*

21 *V N I C A nata meo*) Et hæc imporrune a superiori-  
bus diuulsa. Persequitur enim, quod incepserat. Ait sc fore  
illi vni addictiissimum, neque aliam amaturum. Legen-  
dum vero:

*Vnica nata meo pulcherrima cura dolori,*

*Excludi quoniam sors mea, sepe venis.*

Quoniam ita mihi forte evenit, vt alij nocte promissa, ego  
excludar, tu cris nihilominus etiam absens vnica cura ami-  
mo meo. nam verbum veniendi apud Propertium, vt iam  
indicau, est τὸ πυργάρι. Hæc sane obscura haec tenus fuerat.

22 *E X C L V D I T quoniam*) Malo, *excludi.* Sors mea est  
excludi. Ut ille Phædria in Eunuchos cedit, alteri nocte  
concessa. Quare superius:

*Dura est, qua multi simulatum ducit amorem.*

*Et se plus vni si qua parare potest.*

Exclusit enim Propertium, quia alij condixerat.

25 *M I L E S depositis*) Noster, *depositis.* Melius legeretur,  
meo iudicio:

*Miles, depositis annosus decubat annis.*

29 *A V T me ab amore tuo*) Post hoc distichon repone il-  
lud, *Et si sæcla forent, cum sequenti. Nam superior senten-  
tia cum illis congruit. Si, inquit, paterentur sæcula ut essem  
quod nunc tu es, nempe puella antiquis grata, hoc est iam  
prouectior ætate: iam æqualis prouectis: quod tamen  
ætas mea non permittit: quod tamen per ætatem meam  
non licet. Nam tu es prouectior me. Supra - - quum sis*

*Ipsa anus, hanc longa curua futura die.* Item:

*Appia cur toties te via ducit anum?*

Pag. 197, 3 *N O N N E fuit satius*) Nonne satius erat hæc pati,  
quam mutare amorem meum?

9 *A T nullo domine*) Aliter & melius, legendum ex anti-  
qua scriptura;

*At nullo de me teritur sublimine amor, qui* n. iiiij.

**R**estat - Sublimen est idem quod limen superius, ut in Varronem annotamus, aut Superlimen, hoc est *υπέρθυπος* in veteri Glosario. Amor, qui restat de me, durat, quum de ferro nihil tandem restet, quod duret.

**I**3. **T**V quoque qui *pleno fatus*] Referendum ad eum, de quo superius conquerebatur, quum ait: *Tetra venena libens, &c.* Ut appareat recte nos hac cum illis coniunxisse.

**26** **I**N V I D I A M quod habet] velecentur.

**28** **Q**U A N T U M sic cruciat) Plane est Herodoti, aliove  
dōres ὄφειλα μων. Supra:

Interea nostri querunt sibi vulnus ocelli.

**30** **D**Y L C I S interque color) Scribe, ut in nostro, dicit.  
Pag. 198, 10. **Q**VALEM purpureis agitauit) Melius liber, agitata.

**II** **A**V R E A diuinis vrra refudit] Scribe, profundit. Sic liber.  
Pag. 199, 32. **A**T vos incertam) Coniunge cum superioribus.

Pag. 201, 13. **E**T tibi Meonidas interque heroidas) Liber:

Et tibi Meonidas inter Nereidas. Neutra lectio bona.  
Legendum: Et tibi Meonidas inter heroidas. Aspiratio pro positione est. Aufonius: Mercator hodie cras cithareduis eris.

**29** **A**N T E tuosque pedes illa ipsa adoperta sedebit) Duo adorationis signa, velari, & sedere. De velatione notissimum vel ex illo:

Et caput ante aras Phrygio relavit amictu. Iuuenalis:  
-stetit ante aram, nec turpe putauit

Pro cithara relare caput: dictataque verba

**P**rotulit - De sedendi ritu Terrullianus de oratione: Porro quum perinde faciat nationes adoratis sigillaribus suis residendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur. Pythagoricum autem illud est, & ex ea schola in ritum Romanorum migrauit. Notum enim symbolum, ταρσουνιστικην θησαυρον.

Pag. 202, 5. **E**T quot Troia tulit) Vereor, ut satis vera sit hac lectio. Nam diuersa est scriptura: Et quot hinc tulit, & eadem manu in margine, Hiona. Ego puto eum dixisse Iona, pro iavia. Nam & Arabus dixit, pro ἀπόδοσις, & Virgilius in Culice, Cilicus pro κατίνασ. Sane legendū, Et quot Iona tulit,  
6. **E**T Phœbi & Priami) Noli dubitare, quin legendū sit,



**E**t Thebe, & Priami diruta regna sensis.

Si ergo hic Troiae meminit, quare superius idem dixisset? aut potius, quare hic repeteret, si iam iam meminerat? Non dubium est, quin legendum, ut indicauimus, Iona, metaplasmum, quo dixi. Deinde non verisimile est, quum regiones καλλιγυνίας recenseret, tacuisse formosissimarum mulierum nutricem Ioniam. Hoc s̄epe bonos auctores corruptit, Latinitatis priscæ mysteria ignorare.

**10 L O N G I V S** aut propius) Horatius: Serius oculis Sors exitura.

**12 M V N E R A** Diana debita redde choro) Repone vete rem lectionem, Chorus: Infra:

Quum videt accensis deuotam currere tedis  
In nemus, & Trinia lumina ferre Dee.

**13 R E D D E** etiam excubias) Infra:

Tristia iam redeunt iterum solemnia nobis.

Cynthia iam noctes est operata decem.

**14 V O T I U A S** noctes & mihi sole decem) Redde non sole habet noster codex. Et profecto melius. Votiuas noctes decem perugilabant Isidi. quod iam attigimus, & cognoscimus ex Tibullo:

Vt mea votiuas per soluens Delia noctes

Ante fores lino tecta sacras fideat.

Vult Propertius illi eas imputari, & sibi reddi.

**31 A T Q Y E** oculos mouerit illa graues] Vide num melius sit legere: ac loculos mouerit illa graues. loculos vocat capsellas odorum.

Pag. 203, 29 **T A N T A M** erat in speciem) Liber tota, non tantam. Ego lego:

Tota erat in species Pœnis digesta columnis. In species, sic id est, picturas species vocat, quia oculis obijciuntur, a specie. Sic supra easdem Visa vocat. Et possit casta turpia visa domo. Species igitur pluraliter legendum. Unde subiicit, Inter quas Danae. Inter quas, species scilicet.

**30 F E M I N A** turbasenit) Noster NVRVS, non SENYS. Ouidius de hac portici loquens eiusdem pictura meminit:

Ducor ad intonsi candida templa Dei:

Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis  
Belides, & stricto stat ferus ense pater.

31 HIC equide Phœbo) Apollo ipse Palatinus, opus Scopæ. A  
 Pag. 204,3 T V M medium claro) Lege Clario. Non vult di-  
 cere tēplum Apollinis Palatini Clario marmore structum,  
 sed ædem eam esse Phœbo cariorem templo, quod in Cla-  
 ro est, & illo, quod est in Delo.

3 AVRO solis erat) In nostro, Aurea solis erant. Ut rāque  
 lectionem agnoscit Beroaldus.

10 PYTHIUS in longa) Post hunc versum interpone  
 duo Disticha ILLIC ADSPICIAS SCO PVLIS  
 HAERERE SORORES. Et sequens, VT SEMELE  
 EST COMBVSTVS.

II ILLIC adspicies) Melius, *adspicias*. Illic ait etiam Mu-  
 las pietas fuisse. Et sane omnino conuenit, ubi Apollo es-  
 set, ibi & Musas esse. Scopulis hætere ait, quia ita pingue-  
 rentur pendulae in rupibus Heliconis.

14 DENIQUE vt ad Troie) Post hunc versum insere  
 Distichon, QVI VIDET IS PECCAT. a quo disticho  
 inepit aliis Elegiæ initium fecerant in vulgatis.

15 QVI videt is peccat. Qui non te) Lege, Qui non es vide-  
 rit. Quicunque, inquit, alpicet eam picturam, peccabit  
 exemplo, ut ille adolescens in Eunucho ex tabula Danaæ  
 audacior factus ad vitium virginis inferendum. Sic supra:

Quæ manus obscenas depinxit prima tabellæ,  
 Et posuit casta turpia visa domo;  
 Ita puellarum ingenuos corruptis ocellos,  
 Nequitiæ que sue noluit esse rudes.  
 Protinus autem legere debes illud distichon: QVOD ST  
 NEMO EXSTAT QVI VICERIT.

17 QVOD si nemo extat) Si ex illa pictura ne Deos qui-  
 dem immunes ab amore cognoscimus, quid mirum si &  
 ego amo? Ita ille Terentianus. Ego homuncio hoc non face-  
 rem? Vides, quam male lacerata fuit hæc elegia. Statim sub-  
 iaciendum distichon: VNA CONTENTVM, cum se-  
 quenti: MI NEMO OBIICIAT.

19 VNA contentum) Recte & ordine persequitur nar-  
 rationem.

CO. VNA contentum) Si Iupiter & Semelen & Io deperijt,  
 cur aliquis mihi obijciat me plures amare, neque vna con-  
 tentum esse?

21 LIBEAT tibi Cynthia) Libeat tibi huc venire mecum  
in eam porticum, aut potius templum Apollinis Palatini.  
Subiecti autem statim distichon: Nec tu virginibus.

23 NEC tu virginibus reverentia) Nec villo pudore Musa-  
rum, que ibi piēt̄ sunt, moueare. Tu tuo facto illas pu-  
dore non suffundes. *αἰδοῖα τεργάτη* intelligit per reveren-  
tia ora. *παρθένος αἰδοῖον*, Poeta.

25 SI tamen Oeagri) Tō tamen παρέλλει. Supra.

Quippe ubi nec caussas, nec apertos cernimus ictus,

Vnde tamen veniant tot mala, eēca via est. hoc est,  
vnde veniant. Item: Nec tu tam duros per te patieris amores.

Trax tamen a nobis ante demandus eris.

Tō tamen ibi quoque παρέλλει. Horatius:

Nequicquam deus abscidit

Prudens oceano dissociabilis

Teras, si tamen impie

Non tangenda rates transiliunt rada.

Non igitur Musas pudebit tui facti, si quādam de illarum  
numero idem fecit. Nam Calliope ab Apolline compressa  
Orpheum peperit.

28 ET medius docta cuspide) Malo, Tecta cuspide. *Σύρον* in-  
telligit. Catullus. Horum pars tecta quartiebat cuspide thyrsos.

30 NAM sine te nostrum non valet) Post hunc versum lege  
distichon, Hoc ritinam spatiere loco. cum sequenti, Quum vi-  
det accensis.

31 HOC ritinam spatiere loco) Continuat, quod dixerat su-  
pra imitans Cynthiam: - libeat tibi, Cynthia, mecum, &c.

ead. QVOCVNQVE vagaris) Repone ex nostro libro  
-quodcumque vacabis.

Pag. 205, 2 IN nemus, & Trinie) Post hæc, lege distichon,  
Nam quid Prænestis, cum sequenti, Curve te in Herculeum.

6 APPIA curtoies) Sequitur, Scilicet umbrosis, &c.

12 QVVM subito Triton ore recondit) Recondit, contra-  
rium nō condit.

14 NON rr̄bem demens) Hic inferendum distichon Quo  
fugis ab demens . cum quinque sequentib. Non dubito do-  
ctos viros statim propriam sedem horum versuum agni-  
turos sententia ipsa ita bene aridente. Quare eorum iudi-

cio confusis, rationibus superfedebbo.

15. Q u o fugis ab demens ) Pulcherrima huius poeta elegia mirum in quo membra distracta sit, ut mirer quid in mentem venerit istis βιτασούελαις, qui nō prius mentem poeta diligenter perpenderent, quam hæc ita de suis sedibus iniuste deturbarent. Elegia autem incipit ab eo disticho: Q V A E R I S C V R V E N I A M T I B I T A R D I O R

20. N I L tibi Mercurij ) Duæ negationes pro una. Nam prius dixerat, Non si Pegaso. Non nil, est Nil tantum.

26. s i modo præsentes ) Deinceps lege, Num iam durapras cum sequent: Spargereque alterna.

27. N V N C iam dura paras ] Malo, Num iam, quanquam parum interest vtro modo legas. Quo fugis? inquit, num militatum profisceris, ut ex cardibus dictata cruentam prædam domum reportes?

30. E T ferre ad patrios ] Nunc redi ad illud: Nil agis, infidias in me: Quis non tantam confusionem mirabitur?

Pag. 206, 1. S E D de me minusest ] Magis placet scriptura: Minor est.

5. S E D tu non debes ] Lege, Sed te non debes. Non debest famæ credere. hoc est, non debes committere, ut de te loquatur vulgus. Idem pene supra:

Credam ego narranti, noli committere, fame.

10. N O N me criminata parua mouent ] Paruum crimen puto perpotare. Hoc me non mouet. Postea lege, Ista senes licet accusent cum duobus sequentibus distichis.

13. I L L O R Y M antiquis onerentur ) Catullus:

Rumoreque senum seueriorum  
Omnis vniuersus est inimicus afsis.

14. H I C locus est ) Hic, in conuiuio.

15. Q V AE non iure rado Meandri, ] Telestes Selinusius:

Ιω σφοῖ σφαι λαζοῦσται,

(καὶ ἐπελπομένη νόῳ)

δρυμοῖς ὄρεοῖς

οὐραγον δίαν αἰθέαν

διστρέπαλμον αἴρεις ἐν φεγγήσια

αῦλης ἐν χρυσῷ βαλέαν.

16. T V R P I A quium ficeret] Deinceps reuertere ad illud,

**Tyndaris extero.** Ut ostendat se non moueri, quod Cynthia conuiuijs tempestiuis interstit, item quod se plus quam vni parat.

18 E T sine decreto est ] sine decreto ἐχει τοις ανθρώποις.

20 N E C minus in celo semper honesta fuit ] Hoc eleganter persequitur Euripides Hippolyto:

ὅσοι μὴν οὐκ ἔχει φάστε τὴν παλαιάνθεαν  
ἴχοισιν, αὐτοὶ τοι εἰσὶ οἱ μόνους αἵτινες  
τοσούσιμοι, ζεῦς οὐκ ἔχειν γένεσιν  
σημένης, οὐσιοῖς δὲ οὐκ πασιν θεοῖς.  
καλοί δέ γε θεοὶ καθαλοῦσι θεοὺς. Εἶτα  
έρωτος γένει. αὐτὸς οὐκέτε εὔχεται  
νερεῖσιν, καὶ οὐδὲ γάρ τινα εἰποδῶν θεούς.

26 S U P P O S I T A excipiens Naica dona manu ] Corru-  
ptissimus locus. Nam quo refertur τὸ legisti? neminem  
enim nominavit. Sed legendum:

*Supposita excipiens, Nai, caduca manu.*

Error, quia scriptum fuerat, *cadoca*, more illorum librario-  
rum solenni omnia depravate scribendi. Caduca poma,  
ali vocant casiva, Naida non dubium est hic Oenonen  
vocari.

31 H A E C eadem ante illam ] Lege: *Hac eadem hac ante, ut sit  
αἰδοῖ θεωσις.*

Pag. 207, 12 C O R R V P I T torui ] Noster, *Corripuit.*

Pag. 208, 2 Q V I D V E tibi prodest ] Noster, *Quid tibi quid  
prodest?*

5 C V M Tiberi Nilo gratia nulla fuit ] Lege fuit. *γένοιτον αἴτιον.*

6 A T tu que nostro nimium placata dolore es ] Lege dolori.  
Nostro dolori Propertianum, hoc est, nobis dolentibus. Sic  
scelus Polymnestoris pro Polymnestore scelesto: error  
Herculis pro errante Hercule. Comicum est, scelus viri,  
scelestus.

7 N O C T I B V S his vacui ter faciamus iter ] Quid sit ter  
faciamus iter, ne illi quidem, qui mutarunt, intelligent. Sed  
nos emendamus, refaciamus iter. Ita refacere pro reficere  
dicebant. quod saepe in veteribus notare potes. quod iter  
se reficere velit non est ignorum, quem dicat se vacuos es-  
se his noctibus, quibus in casto Isidis esse oportebat.

Re præpositio veteribus producebatur : Retulit , Repulit,  
Reperit , longa sunt.

22 Q V M tua p r æ p e n d ē t ] Restituius lectionē Charisij:  
Quum tua p r æ p e n d ē t demissē in pocula sorte.

24 L A R G I V S effusō] vno spiritu cum sequenti disticho  
continuanda. Quanuis affatim & vinum & epulæ sunt, ta-  
men aliud volunt fœminæ.

29 E L E V A T ad fiduos ] Iuuenal is:

- voluptates commendat rario r us.

30 C V R quisquam faciem domine iam credat amico ] Amico  
est commentum Beroldi, ut ipse fatetur, quum ante  
legeretur, Amori. Quod repone. Sic Tibullus - infelix dum  
requiescit amor. id est, ego amans.

Pag. 209, 10 P O S S E T ut in tanto ] Aliter noster: Posset in  
santo vinere flagitio? utrumque bene. Vtrum melius, nescio.

27 A V T . quid Cretei? In nostro sine diphthongo Cretei.  
Volunt Epimenidem, qui Cretensis fuit, intelligi. Atqui  
non ita loquutus fuisse, non magis quam, si Atheniensem  
simpliciter pro aliquo scriptore Atheniensi intelligi vellet.  
Ego puto corruptum locum esse, & mutilum: atque ita  
primo in illo exemplari scriptū fuisse: Aut quid... cretei. Vi  
prima syllaba deperierit, quum deberet legi, Lucreti, hoc  
est Lucreti. Nam & in hoc libro archaismos scriptura re-  
peri, ut supra: Auribus & pureis scripta probare mea. pro quo  
fecerant pueris.

29 T V satius memorem Musis ] Obsecro quid est Memorem  
Musis? an, quod putauimus aliquando, την μουσικην λεμ-  
νοτα; minime. Atqui suboluit mihi semper de mendo hu-  
ius loci, praesertim quum antiqua scriptura legat: Tu satius  
Musis memorem imitere Philetam lege, musis melosrem. Neque  
dubium est hoc verū esse. Meliorem musis vocat, ου μου-  
σικην, χαρετεσπον, και γλαφυρωσπον. Mollis carminis  
palmam Philetæ desert.

30 E T non inflati somnia Callimachi) Hæc aliter accipit  
vulgus, ac voluit Propertius. Ipsi putant a Propertio hic  
Callimachum laudari, quod cum non inflatum vocauerit.  
Ego contra inflatum cum vocari aio, ac propterea non  
laudari. Ait enim: mollem ac delicatum versum Philetæ  
potius imitare, quam somnia inflati Callimachi. Somnia



mum quidem suspicabatur vulgus Grammaticorum.  
Pag. 210, 5 AMPHIA RAAE ] verfus interpolatus. Vetus  
lectio:

*Non Amphiarie proſunt tibi fata quadrigae  
de morte. Aut Capanei grata ruina Ioni.* Lege.  
*Non non Amphiariae tibi fata quadrigae  
Proſunt, aut Capanei grata ruina Ioni.*

Amphiaraeus; & μφιαραιος.  
6 A V T Capanei magno ] Iam ostendimus & hunc quoque  
versum interpolatum esse, quem etiam emendauimus  
ex veteri scriptura.

7 D E S I N E C Aeschyleo] Quia Aeschylus scripsit Tra-  
gœdias, propterea hunc locum ita legendum esse censue-  
runt, quum tamen vetus lectio habeat, Define Achilleo.  
Nam intelligit Tragedian Achillen.

8 E T ad molles membra resolute toros ] Lege, Chorus, vt  
vetus liber.

9 V E R S U S includere torno ] At noster, versus componere.  
Et profecto versus torno includi recte dici non potest.  
Quicquid vero in hoc poeta mutatum est, id prope omne  
ex officina Beroaldi prodit: qui parum hunc poetam  
illis suis immanibus Commentariis iuuit: & raro mentem  
poeta tangit, aut assequitur.

25 M E iuuet eternis ] Noster, Hesternis, quis non illam  
vulgatae præferat?

27 A T T I A Virgilium] Στο κονον̄ Iuuet.

29 Q VI nunc Aenee Troiani fūicit arma ] Apparet Vir-  
gilium & tunc principium Aeneidos fecisse illum versum,  
Arma virumque cano. Et Ouidius quoque idem vult:

*Contulit in Tyrios arma virumque toros.*

Pag. 211, 1 T V canis umbroſi ] Haec ariolatur Propertius.  
Non enim haec scripsit Virgilius. Sed alium Bucolicorum  
scriptorem habebat in animo, vt infra.

3 V T Q Y E decem poſſint corrumpere mala puellam ] Et haec  
ariolatur de Virgilio. Nam non apud Virgilium illa, sed  
apud Theocritum. Sic enim ille;

*λιδέ τοι δέκα μάλα φέρω, πνάδε καθίνον,*  
*ώμ' ἐκέλευ καθέλειν τον.*

MISSVS

4 **M I S S V S** & imprebis] Impressa vbera, vñdixit. non mulcta. ij enim pinguiores, quorū matres non mulgētur.

6 **H V I C** licet ingrat[e] Et hæc nō Virgil. sed Theocritus: καρπάσω ποτ ται ἀιδουριάδε. ται δέ μοι αῖρες

βοσκοται κατ' ὄρος, καὶ πύρος αὐταῖς ἐλαύνει.

9 **Q V A N V I S** ille sua lassus] Emendo:

Quanūs ille suā lassus requiescat auenam. Alibi:  
In ppter Alcmena geminas requieuerat Arctos.

17 **N E C** minor his animis nec se minor) Ita vetus scriptura. Foliu Sibyllæ hic versus : & quem ridicule interpretatur Beroaldus. legendum vero : Nec minor his animis, nec se minor. Nec Virgilius propterea aliquid indignum maiestate illa sui carminis , aut se ipso fecit, quum lacefitus ab æmulo Anserè, non respondit. Virgilius æmulos tres incertos poetas habuit, Anserem, Bauium, Mævium. A quibus prouocatus, dissimulauit. Emiserant enim in illum famosa carmina, præsertim parodias ex ipsius libris:

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

Negant enim Latinum esse , tegmen fagi , pro umbra & opacitate fagi. Item:

Dic mihi Damæta, cuium pecus anne Latinum?

Non : verum Aegonius, nostri sic rure loquuntur.

Non putat cuium pecus posse dici nisi a rusticis & caprariis, non autem ab urbanis. In quo eos decipi conuincit veterum auctorum obseruatio. Item riserunt cum, quod hordea pluraliter dixerit:

Hordeum qui dicit, supereft, ut tritica dicat.

23 **H A E C** etiam docti confessi est pagina Calui) Quare doctum vocet, Cicero docet scribens Trebonio : Multæ , inquit, erant, & recondite literæ . vis non erat.

## I N L I B R U M III. S E X.

A V R E L I P R O P E R T I.

Pag. **N**AM quis equo pulsas] Quasi equus ille machina fuerit  
13.3. πολυδαμάντης. quod Plinius videtur velle.

7 **E T** Polydamantas in armis] Scribe, etiam Polydamantas.

o.j.

Melius autem, Polydamanta sine armis. Id est in nullis armis a celeber est.

10 T R O I A bis Oetæi ] Seneca Troadibus:

- - meliorque factus

Fortis armenti lapidoſa Trachin,

Quæ ſub umbroris latebroſa ſiluis

Mifit infeftos Troie ruinis Non ſemel arcus.

Tamen Theocritus vocat τείπορθον, οὐ θωμάσω.

19 O R P H E V tenuiſſe] Nihilo deterius noſter: Orpheus detenuiſſe. vt repetitio illa in verbo detenuiſſe veniſtior fit.

29 N E C mea Phæacias] Scribe, Phæacas. Metaplaſmus, vt Arabus pro Arabe, Ionus pro Ione, aut Ionio. Virgilius Cilicus pro Cilice.

Pag. 214, 22 A N N I B A L E M Q V E lares ] Vide Festum Rediculi, & primum coniectancum noſtrum.

32 C V R tua preſcripto ſeuecta ] Puto melius:

Cur tua preſcriptos euecta eſt paginagyros?

Pag. 215, 2 A L T E R remus aquas ] Prouerbiū: ὁ ἀρχὴ τῶν γλυκῶν πότοις ἀσφαλής.

12 S O R T I T A E rura puellæ ] Lege, iura.

24 B A R B A R V S. aut ſeno ] Emendo, Sueuo. Dio libro uno & quinquagesimo: γέιος καείνας Τις τε μοένους εἴλοις θυάς οὐενταραζενταις αὐτοῖς ἐχρώσαπ, ύπηρος Κύνος Τετράπονος οὐ πομῷ διδεῖταις ἀπώστατο. De hoc igitur bello ſentit Propertius.

28 S C I A T excantare] Rechte nos docet, quomodo verbum duodecim Tabularum interpretari debeamus. Nam excantare hic eſt, cantu foras elicere. ibi fruges excantare, cantatas alio traducere.

Pag. 216, 1 A R M A Deus Cæſar ] Deus. Infra:

- et lacrimas vidimus ire Deo. Horatius:

Preſenti tibi maturos largimur honores.

Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras.

Nota eſt conſecratio Aræ genij Auguſti Narbone reperta.

Item in compitis Genius Auguſti eo viuo adorabatur, cui ex libertiniſ facerdotes dati Auguſtaleſ appellabantur. Illeſ vero Στοχεών Ouidius ſcripferat. vt ipſe teſtatur de Ponto libro quarto:

**Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti**

**Vestra procul positus carmen in ora dedi. Item alibi  
Peruenient illuc & carmina forsitan illa,**

**Quæ de te emisi cælite facta nouo.**

**23 O N E R A T O S Cæsari axe] Legi: onerato Cæsari axe.**

**29 O P R I M A infelix singenti terra Prometheus] Iuuenalis:  
Et meliore luto fixit precordia Titan. Callimachus**

**-- εἰ σε περιπέτειας**

**ἐπλαστήρησεν μηδὲ τέτερου γένοντος.**

**Idem in Mimiambis:**

**Λοι κεῖνος οὐνικτός, φύποτε πίηντο  
καὶ τοιων θελάσιν, καὶ τὸ τεργάπονι τοιως  
ἔφεγέντος ὡς ὁ πυλός ἐπεμβείος.**

**31 C O R P O R A disponens mentem non vidit in arte] Pro-  
perea conquerens optat Alceus:**

**εἴτε ξέλιον ὅποιος ήται λινὸς ἕκαστος τὸ σῆμας διελόντε,  
εἴπιτα τὸν νοῦν ἴδοντα, καλέσω τὰ πάλιτ,  
αὐθόρα φίλον νομίζειν αὐτὸν φρει.**

**Pag. 217, 4 N U D V S ad infernas] Melior libri nostri lectio  
B Nudus ab inferna stulte, rehore rate.**

**8 O P T I M A mors parca] Parca dies, οὐ πειθομένη οὐδὲ εξ.  
Nam veteres Glossa Parcam, τινὲς πειθομένους interpre-  
tantur.**

**24 S O L I S & atratis luxerit] Luxerit a lugendo, non  
a lucendo. Cur autem fatalem illam veterum ὀκτώρων  
hic innui dicat Beroaldus, non video. Deliquum enim  
Solis intelligitur, quod diu ignoratum hominum mentes  
magna superstitione perculerat. Plinius libro secundo:  
Viri ingentes, supraque mortalium naturam, tantorum numinum  
lege deprehensa, et misera hominum mente absoluta in defectibus  
stellarum scelerata, aut mortem aliquam siderum paucente, quo in  
metu fuisse Stefchori et Pindari ratum sublimia ora, palam est,  
deliquio Solis. Idem de Pindaro Philo Judeus: Στεφάνος φύ-  
σεσιν ήλιον καὶ στεφάνην επακολουθοῦσιν ἀπλεῖψε. αἱ δὲ μητύ-  
ματα εἰσὶν οὐ βασιλέων τελευτές, οὐ πόλεων φθορές, οὐ καὶ πίν-  
δαρος ηὔξατο φθοράντις ἀπλεῖψες, οὐδὲ τὴν περι-  
φύσιν. Quod igitur & Græcus & Latinus scriptor aiunt  
formidasse Pindarum, palam est hoc cantico:**

άκης αἰείου, οὐ πλύποτε  
μή τε θεαμίσπρομματον;  
ἄσφορος ὑπέρπτων ἐν αἱμέσος  
κλεπτόθερον, ἔθικας αἷμαχανον  
ἴσιμο πτανίον αἰδραστον,  
καὶ σφίας ὁδὸν.

Ἐπισκόπειον ἀτραπὸν ἐστιλθροῖς  
ἐλαύνεις πὲ νωτέρον, ἢ πάρος.  
ἀλλα στ., τοσὶ διός.  
ἴππως θοὺς ἵκεπενοι,  
ἀπίμοι ἐξ ὅλον θυνα  
τρέπιο θίσαις,  
οὐ ποτία, παῖδιον τέρπει.  
πολέμου δ' ἡ σύμμα φέρεις θεός,  
ἢ καρποῦ φήσι,  
ἢ οὐ φεπού θένος ὑπέρφατον,  
ἢ σάσιν ἐλαύθραν, ἢ ποτὶ πυ  
κενέωσιν ἀλλα πέδον.  
ἢ πυγετὸν ψυνός, ἢ νόπον θέρος  
ὑδατὴ ζακοτῷ μέρον,  
ἢ γῆμα κατεπιλύπασσα θήση  
αὐδομάν νέων ὅτε αρχῆς  
θύσες ὀλοφυρμένην.

Aperte & Plinius, & Philo hoc canticum Pindari innue-  
runt. Sed nuspiam tam correctum, quam hic leges.

P. 218, 13 MAIOR REM Q. timēs seruus) Timēs seruus, διελαθής.

27 EST pene seruo rumpere teste fidem) Teste, pro Testi  
plane frequens apud Propertium. Testem seruum caue in-  
telligas in iure. nam seruum hominem cauſam dicere le-  
ges non sinunt, neque testimonij dictio est, inquit ille. Sed  
testem simpliciter, qui interrogatus de aliqua re respōdet.

29 AEQ VALEM nulla] Emendo, Ac qualem. Ille potest  
dicere se habere domi suę amicam, qualem in nulla do-  
mo alius habere possit.

31 si placet, insultet Lygdamē morte mea) Lege, morte mee.  
vt supra seruo teste. Lucilius:

Furiente leoni ex ore exculpere prædam.

**32 IMPROB A non vicit]** Totidem verbis versum reconcinnarunt, qui alio ordine verborum scriptus est.

*Non me moribus illa, sed herbis improba vicit.*

Pag. 219, 5 **CINCTA Q V E** funesto lanae vitta viro) Lanearum tæniarum in sepulchris, quas *κειμενα* Græci vocabat, meminit Varro. vide primum Coniectaneum nostrum.

**8 PVTRIS C** in vacuo texetur aranea lecto] Notum & Penelopen in Odyssæa hoc dicere de maritali lecto suo.

**26 ET noua longinquis pscibus esca natat]** Deinceps lege distichon *Fleks tamen extremis, cum quinque sequentibus.*

**32 ATTVLIMVS lög as**] Non periuro debilitatas. Religio veterū, quam supra tetimus, ex Horatio: *Vlla si iuris tibi pierati, &c. Putabat, ut appareat, periuros mēbro aliquo debiles, mācos, mutilos fieri. Quare idem significat, quum ait: Portabat sanctos aliue ille viros.* Hoc est non periuros.

Pag. 220, 2 **I N me cerneo fuscina sumpta deo est]** Imitatur Homerum in Ulyssis naufragio:

*ως εἰπὼν οὐαγει νέφελαι, ἐπάρχει δὲ πότνιν*

*χερσὶ τείχην εἶλον -*

**5 SVBTRA HIT** hec fanticem) Hæc quoque ad verbuna ex codem naufragio:

*ως ερχει μη εἰποντ' ἔλασι μίζα κύμα κάτ' αὔρης*

*δένοντες παντούβρυνον - -*

**6 VLTIMA que Peto]** Postea insere distichon: Pete, quid etatem numeras, cum sequenti. Quid etatem numeras, ergo dicit: quia paulo ante deplotabat ultimā pubertatem: *Quo rapitis miseris prime lanuginis annos, prime lanuginis, παρθένοις sc. vocat. Ora puer prima signans intonsa inuenta.*

**10 OMNIA detrito vincula]** Secundum hunc versum repone quatuor disticha ordine: Et mater non iusta.

**18 PORTABAT sanctos]** Lege nunc duo disticha ita, uti ordine sunt, O centum aequoreis.

**22 NON poterat restras]** Subiunge quinque disticha: Reddite corpus humo.

**27 ET leci texitæ caussas]** Lege, *caussam*. Caussa leti, est letum ipsum, ut Iurisconsulto, caussa bonorum, bona ipsa.

**29 TERRIS adiecumus vndas]** Repone fatis adiecumus vndas. Ita liber.

**32 Q VID meritum dicas]** Pone nunc distichon: *Natura* o. iii.



*insidians, deinde illud: Ventorum est quodcumque paras. Po-* A  
*stremo; Sunt Agamemnonias.*

Pag. 221, 5 S V N T Agamemnonias] Recte huc hæc traduximus. Modo enim dixit: - fallit portus et ipse fidem.

6 Q V A natat Argenni) Scribe auctore libro nostro:  
Que notat Argyni pœna natantis aque.

Ergo ibi erat portus ἐπανωμεγάλης αρχαιών. Hæc fabula recitatatur a Stephano, voce, καὶ φιλοσ. ut nos monet Parrhalius, qui Stephani codice integro vñsus est. Nam vulgo ea parte mutulus circumferuntur. Porro hunc Argynum numerat inter Argonautas Seneca Medea. Et paulo post addit:

Aulis amissi memor inde Regis  
Portubus lenti retinet carmas  
Stare querentes.

Qui nobis videtur dígito fabulam indicare, de qua hic agitur. Ut alter alterum poetam explicare inuicem videatur. In Græcorum commentarijs ego reperi: αργυνος ἐπαρδυος αρχαιωνος.

8 P R O qua maestata est] Nunc subiunge Saza triumphales, B cum sequenti disticho. mox, Hunc paruo ferri.

13 H V N C paruo ferri ] Comparatio Ulyssis naufragij cum isto Pæti. Hunc, inquit, Ulyssem nox improba vidit ferri paruo fragmto, quo tandem incolumis in Phæaciā appulit. At contra infelix Pætus tot malis obrutus non potuit enatare. Paruum lignum vocat, quam Homerius ξεδίλω. At hic est μυρμονόν εἰρητημα, vel potius oratione ad inuidiam hæc fungit. Nam hoc non noctu, sed interdiu accidit. nox improba est, quam κατονάδη νύκτα vulgo dici solitam temporibus suis scribit Apollonius. Ab hoc disticho illud postea intericiendum: Non tult.

15 N O N tulit hic Pætus]. Vide quid mali facit transpositio, quia de Pæto hic fit mentio, & quia propter transpositionem, obscurum erat, in quem sensum hæc accipienda essent, propriea corrupta fuit lectio etiam in libro scripto, in quo omnes transpositiones, & in vulgatis extant. Sed legendum: Non tult huic peclis. Altera comparatio Ulyssis cum Pæto. Non sustinuit, inquit, Ulysses audire stridorem procœlæ nisi fultus caput pulullo. At contra

A Pætus prostrus submersus est. Totum autem ita legendum:  
*Non tulit huic pætus stridorem audire procelle,*  
*Et duro teneras lèdere fune manus,*  
*Sed thyse thalamo, aut Oricie terebinthi*  
*Effluto pluma versicolore caput.*

17 SED *thyse thalamo, aut Oricie terebintho*] Palam est  
 legendum esse, *Oricie terebinthi*. Virgilius:

*Inclusum buxo, aut Oricia terebintho. Serenus:*  
*Nec non resinas ex Oricia terebintho.*

Inuidiose autem hæc finxit. Nam apud Homerum nihil  
 tale. Est autem πότος οὐκέτι potius quam ποντικὸς δίνων.

19 H V I C *fluctus vino radicitus abstinet vngues*] Hoc ve-  
 rum est naufragis & vngues a cute recedere, & extremi-  
 tates tabescere. Quod quum videret superstitionis antiquitas,  
 tanquam naufragium deprecari vellet, quo scilicet sciebat  
 vngues radicibus auelli, solebat sibi vngues præscare,  
 quoties turbaret mare. Petronius: *Audio enim non licere cui-*  
*quam mortalium in nave neque vngues neque capillos precidere,*  
*nisi quum pelago ventus irascitur.* Ergo irato mari capillo-  
 rum refectione naufragium deprecabantur, ut euaderent,

B vnguum præselectione, ne enecarentur in mari.

20 E T *miser insitam traxit hiatus aquam*] Prouerbium  
 est, ωρες κύματα χάσονται. Et vetus poeta in Catalectis nostris  
 capite de naufragio:

*Ilic immunes mors obsita solnit hiatus.*

Ab hoc autem versiculo sequitur, *Quod si contentus.* Deinde  
*Vinevet ante suos.* Postremo, *At tu seue Aquilo.* Itaque ante-  
 hac penitus ignorabatur hæc elegia.

Pag. 222, 6 Q V A E *mulier granida*) Lege, rabida. Nam scri-  
 ptum fuerat, *rauida.*

32 A T *tibi qui nostro tendisti*] Repone *nexisti* ex Charisio.  
 Pag. 223, 12 F L A M M A *nec ex equo*] Malim *Fama*, ut nonnullæ  
 editiones. iugum trutinam vocat, non currum, ut putabat  
 Beroaldus.

16 PYREICVS *parua*] Hunc locum ita deprauavit Be-  
 roaldus, quum antea legeretur, *Parrhasius parua*, ut & habet  
 liber noster. Atque adeo in eo serio triumphat, atque exultat.  
 Subscriptorē etiam iactātā Picum illū eruditissimum  
 laudat: *Ego multum video recedi a vestigiis lectionis, si*  
 o. iiiij.

pro *Parrhasius*, *Pyreicus* legamus. Præterea quare in artificum illa enumeratione omnium principem *Parrhasium* prætermisisset? Quare melius est tantum artificem hic securum in suis sedibus relinquere, quam illi tantam iniuriam facere. pro *parua* autem lego, *parta*. Partam artem *Parrhasij* vocat eam, cuius ipse repertor fuit, nēc symmetriam picturæ, argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, quæ est picturæ summa subtilitas. Is ea primus excoxitavit, vt ait Plinius. Quare ad hunc locū intelligendum lege amplius Plinii libro quinto & tricesimo. Atque Beroaldum cum sua emendatione μακρὰν κλίσιν τὸν κεφαλῶν iube. Potest & legi, *prima*. hoc est id *idægæzoum*. Et fortasse melius.

**17 ARGUMENTA Magis**] Argumenta sunt formæ ipsæ & sigilla, vt & *Seruius* velle videtur in *Aspidopœia* Virgilij, in illud, *Argumentum ingens*. Ego in vetustissima historia martyrum inueni: *quadrigæ solis cum argumentis*.

**18 AT Myos exiguum**) Noster liber corrupte, *Ak mirum exiguum*.

**21 SVNT quibus Eleæ**) Noster liber, *Est quibus Eleæ*, **Bitem**, *Est quibus in celeres*. Hellenismus εἰν οἵς θεοῖς. hoc est, quibusdam.

**Pag. 224,8 TOTA sub exiguo**) Mallem, *Tuta*. Supra in eadem sententiam:

*Tranquillo tuta descendis flumine cymba.*

**9 NON flebo in cineres**] Cineres paternos mire dixit pro cineribus, quibus caussa paterfuit *Oedipus*. Notum propter imprecations *Oedipi* filios mutuis se vulneribus confecisse.

**10 P R AE L I A clade pari**) Allusum ad proverbiū, *ux ad puerum*.

**13 MOENIA quum Graio Neptunia presbit aratro**) Peregrinam item Romano iure decidit. Nam illud plane Romani iuris est. Horatius: - *imprimeretque muris*

*Hostile aratrum exercitus insolens.*

**16 ET cecinisse modis Coe poeta tuis**) Castigatio Beroaldi, *Coe*. Antea, vt & in scripto nostro, *dure*. Minimo negotio potuit, *pare*. Ita ergo repone. Purum poetam *Philaretam* intelligit, cui in mollitic carminis primas dat, vt supra:

Tu satius musis meliorem imitere Philetan.

Hoc etiam videtur fecisse Hermesianax, quem ait:

οἴδα δὲ καὶ τὸ ποιόν, ὃν δύριπνον στολιῖται.

κάσιοι χάλκειοι θίκαλι ταῦτα πλατεῖα

Βαθύδεια μηλτάλοντα θολῶν τούτα Φιλητᾶ

ρύματα, καὶ τὰ σὺν ρύμασιν λαλιῶν.

18 ΕΤ mihi sacra ferant] Noster, dona ferant.

Pag. 225, 4 ΕΤ manibus faustos ter crepiere sonos] Plaudentes enim dicebant, io Natalis. vt Io Saturnalia, supra ex Arriano.

12 ΕΤ poscentes iusta) Iusta, πάνομια, πάνικον δρα, vt iusta funebria.

13 Α C primum pura somnum) Persus! - Et noctem flumine purgas. Eunapius in Aedestio: Τέτεοῦ πάντα καλεῖ, οὐδὲ τὸ πεζότωπον ἀποστῆσαι τῷ ὑδάτῃ βουλόφρος. Somniauerat autem illle.

26 P U B L I C A vicine perstrepant arae viae) In nostro, aura, & fortasse melius. Est autem hypallage Propertio familiarissima, pro, Aura perstrepant publicæ viæ. Si retinemus ara, intelligetur eos καμάτειν ad aram, quia proximo compito erat, Sic Dio de Iulia Augusti filia: πλοῦ μόνη τοι Ιουλία πλοῦ δυγατέρεις αστεγάνουσαν εποιεῖ, ὡς εἰ σὺ τῇ αγροειδεῖται αὖτε τοῦ βίου πατος καὶ καμάτειν νυκτωρ δε συμπνειν, &c.

28 Q V E M graibis pennis] At Horatius non forte, sed mercede bibendi: - Dicat Opuntie

Frater Megille, quo beatus

Vulnere, qua pereat sagitta.

Pag. 226, 20 T A M dura traheret] Sic alibi:

Testis erit Dirce tam vero crimine seu.

Pag. 227, 8 V N A Philippeo sanguine adiusta nota] Malo, iusta. Et omnino ita legendum.

13 F O R D A Q V E Tarpeio conopea tendere saxo] Et Horatius super eadem historia:

Interque signa, turpe, militaria

Sol afficit conopeum. Conopeū proprium Aegyptiorū, qui culicibus acriter infestantur. Nam propter paludes Nili, & maritima Ægypti eorum ibi magna copia. Plinius libro nono, capite septimo, & quadragesimo: Adeoque,

nihil non gignitur in mari, ut coponarum etiam estiuua animalia, A  
pernici molesta saltu, aut que capillus maxime celat, existant.  
Lege : ut conopeorum etiam. Conopeorum animalia sunt  
ei *xecwome*, culices. Ait Plinius etiam pisces infectari culi-  
cibus, & pedibus. Nam animalia, quæ capillus celat, sunt  
φτείρες.

30 AT Decius missus] Vide num inuersum ac præpostere  
positum sit, pro: Admissus Decius. Quid sit admittere  
equum, nemo paulo doctior ignorat.

Pag. 228,4 AVT rbi Pompeia] Noster, Aut modo Pompei.

27 Q V V M sit luxurie Roma magistratus) Hæc non sunt  
nauci: sed omnia spuria, & a correctoribus iandudum sup-  
posita. Nam eandem falsam scripturam retinet liber no-  
ster. Atqui aliter scripsérat Propertius, nisi nos fallit conic-  
itura nostra. Censēmus enim ita scripsisse:

*Quid faciet nullo munita puella timore,*

*Quis si luxuria norma magistratus?*

Quid, inquit, faciet puella libera mariti imperio, quum il-  
li maritus præcat viam luxuriæ? Non erit mirum, a puella  
virum relinqui, a quo prius ipsa relicta sit: Habet exem-  
plum domi, quod sequatur.

Pag. 230,3 Q V AE viua sequatur Coniugium] Hoc est, coniug-  
em. Supra:- Et totum femina coniugium. Iuuenalis,  
-sed nec Eletræ iugulo se polluit, aut Spartani  
Sanguine coniugij -

19 AT Q V E hinuli pellis] Laborat a syllabis versus, etiam  
in nostro. Sed tò AT Q V E additum a paedagogulis. Le-  
gendum vero:

Hinulei pellis totos operabat amantes. Horatius:  
Vitas hinuleo me similes Chloe.

22 NEC fuerat nudas] Alibi:

Magnam Tirestas adspexit Pallada rates,

Fortia dum posita Gorgone membra lauat.

Vide καλλιμάχου λοντρὰ. Nota est & fabula Actæonis. Il-  
de Ouidius: Nec Dryadas, nec nos videamus labra Diane.

23 CORNIGER Idei] Theocritus:

πολλά τε διες ποντ' αὐλιον αὐταῖς ἀπῆγον

χλωρές οἱ βοταῖς -

A 26 P R A E B E B A N T v e s t r i s v e r b a b e n i g n a f o c i . ] In nostro est, verba secunda. quæ recta est lectio. hoc est loquebantur ipsis sermone secundo. οὐχον est in ea significatio apud Gracos usurpatum. Legendum autem V E R S I S , non V E S T R I S . Verrere focum. Nam mensis sublati, verso foco, tempore hiemis ait eos verba inter se ferere consuerisse.

Pag. 231, 15 N E Q U E enim Ilia quondam] Ilia, pro Iliensis. Sic vetus interpres Virgilij annotat a Plauto dictum, Hector Ilius, pro Iliensis.

25 I N T E R l u c t a n t e s n u d a p u e l l a v i r o s ] Idem Plutarchus Lycurgò. Item Ouidius:

More tue genti nitida dum nuda palestra  
Ludis, et es nudis milita puella viris.

At Euripides non γυμνάς sed γυμνοῖσι μυροῖς. id quod Δωείσιν dicebant. Eius verba hæc ex Andromachâ;

αἱ ἔων νέοισι θερμόσαι δόμους  
γυμνοῖσι μυροῖς, καὶ πίπλοις αἰδάροις  
δρόμους, παλαίστρας τὸν πραξεπός εἴμοι  
κονάς ἔχοιτι --

B 26 Q U V M pila veloci fallit] Legendum:

Quum pila veloci fallit per brachia iacta. Sic supradictum.

Hoc magis accepta fallit uterque fide. Λευτέρει.

Pag. 232, 2 E T modo Taygeti] Præpostere hæc posita sunt. Nam præcedens distichon, Qualis Amazonidum, sequi debet.

17 E S T neque odorata] Repone, adorate, vt referunt vestigia præscæ scripturæ. Neque ita se continet domi, vt ibi adoranda sit, tanquam τερψινής.

27 V T m i h i p r æ t e x t a p u d o r e s t v e l a t u s a m i c t u ] Hæc non conueniunt, prætexta, & libertas noscendi amorem. immo deposita prætexta tunc libera toga sumebatur. Sed quid in re tritissima moror? Hic sane legendum:

Vt mibi p rætexta pudor exuletus amictus  
Et data libertas noscere amoris iter.

Illa rudes animos. -

Exuletus, & euelatus, idem. exiocari, eiocari. Id ē Persius  
- totaque impune Saburra

Permisi sparsisse oculos mihi candidus vmbro.

Pag. 233, 25 L I T O R E sic tacito] Lege, Litore si tacito.

Pag. 234, IO CANDIDA qua geminas ostendunt culmina turres) A  
 Misericordia Beroaldi, qui turres interpretatur columbaria.  
 Atquifallitur, quum hic tantum intelligatur de Tibure. Ait  
 Tibur ostentari prope Catacœn Anienis. Strabo:  
 ἐν ὅλῃ δὲ εἰσὶ τοῖς ἐν ὁώμῃ Κεουρά τε καὶ τοῦ σπιλοῦ, ἢ ψρα-  
 νεστος. Κεουρά μὲν, ἡ τὸ ιερόκαλιον καὶ ὁ καταράκης, ἐν ποιεῖ  
 πλωτὸς ὁ ἀνίστροφος μεγάλου καταπίθεων εἰς φαράγγα  
 βαθεῖαν ἢ κατ' ἄλλον περὶ αὐτῆς τῇ πόλει. ἐντύπευτὴ δὲ οἰκίζεσσιν  
 δικαρποτάτον οὐδέ τὰ μέταλλα τῷ λίθῳ τῷ Κεουρίνου.  
 Quæ disertim auctorem nostrum interpretantur, ut Be-  
 roaldo nugas desinere per me quidem licet.

Pag. 235, I ET tibi per medianam bene olentiam flumina Naxon] Lege  
 benevolentia flumine. Naxos benevolentia flumine, vt - domus  
 sane dipibusque cruentis. Ita autem interpungendum:

Et tibi per medianam beneolenti flumine Naxon,

Vnde tuum potant Naxia turba merum,

Candida laxa is onerato colla corymbis, &c.

IO FVNDET ad Ideos ) Lege, Tunder.

18 CLAVSV ab rymbro ) Melius liber noster, Plausus.

FVNIDA autem potius, quam HVMID a legerim.

22 DEXTRA quum quereret vrbes) Hic censebat legen-  
 dum condere vrbes Beroaldus. Sed eius hæc censura non  
 obtinuit. & merito. Nam quereret vrbes, est, quum doma-  
 ret, recipere. Ad verbum Galli, conquesstoit les villes.

26 HIS pressus Stygias ) Mirum est Propertium contra  
 receptam opinionem, atque adeo contra verum scribere  
 Marcellum in aquis Baianis submersum interisse, quum  
 constetab Antonio Musa medico aquarum frigidarum lo-  
 tionibus enectum fuisse. Dio libro tertio & quinquagesi-  
 mo loquens de Augusto ægroto: καὶ αὐτὸν οὐδὲν ὅ, οὐ μη-  
 δε τοῦ παντὸς θεού ποιεῖν δινέμενον δοτῶντες Καὶ μονοις  
 ψυχολογίαις κέντων. Infra post: οὐ δὲ διημερέλλος τοιοῖς  
 τοιοιδιόσεροι, καὶ τὸ αὐτὸν ἐκεῖνον τοῦ αὐτὸς τοιοῦ Εὐ-  
 phorbi inuentum fuit, a balineis frigida multa corpora ad-  
 strungi, inquit Plinius libro quinto & vicefimo, capite se-  
 ptimo. Quare Horatius scribit:

- nam mihi Baias



Musa supernacuas Antonius. & tamen illis  
Me facit inuisum, gelida quum perlucor vnda.  
Per medium frigus, sive murteta relinquisti,  
Dielaque cessantem neruis elidere morbum  
Sulfura contemni vices gemit, inuidus aegris,  
Qui caput, & stomachum supponere fontibus audent  
Clusinis, Gabiosque petunt, & frigida rura.

In quibus vides Antonij Musæ ψυχολογiac, quas ipse instituit. Quare credibile verum esse ijsdem frigidis Marcellum quum curare velleret, occidisse. Sane Seruius dicit scribit eum in Stabiano periisse. Quod quum ipse dicat, suspicor, quum ex præscripto Antonij frigida lauaret, enectum fuisset in eo fonte, qui Dimidia vocabatur, frigidissimo. Plinius libro uno & tricesimo: Et quæ vocatur Aci-dula ab Theano Sidicino quatuor M. pas. hæc frigida, item in Stabiano, quæ Dimidia vocatur. Quid ergo? tam illustris capit interitus ignoratus fuisset & Propertio, viro & proceribus ipsis atque adeo Augusto ipsis notissimo? Minime, quid ergo? voluit gratificari ei, quæ de eius morte suspecta fuit, Liuia Augustæ, quæ quum videret Marcellum ita omnibus carum esse, ut describitur a Virgilio in sexto magni operis, muliebriter atque impotenter θλοτηπησασ curauit eum clandestino mortis genere de medio tollendum. Dio: αἵπας τῷ οὐδὲ ἡ λεία τῷ θανάτῳ τῷ μαρκέλλου εἴχει, οὐ τῷ νιέω αὐτῷ παρετείματο. Scribit Dio id, quod ego non dubito. Quin Cæsar ipse in oratione in translatione funeris Marcelli, illum in Minture monte denotum fuisset dicit. Auctor vetus Virgilij interpres, quem habet P. Daniel meus. Eni igitur θλαύσα, aut καρόνθει Propertii, sed potius θλαύσα, qui mortem Marcelli defens, maluit mendax Liuia adulari, quam verum dicendo sibi periculum creare. Beroaldus autem, qui iactat se primum omnium huius Elegiæ sensum aperniisse, quam recte eam gloriam sibi vindicet sine iis, qua nunc nos primi protulimus, omnibus palam est.

29 MATER & amplexum] Noster, amplexos. Lego, amplexo. Quid profuit illi amplexo. Intelligit adoptatum a Cæsare. Nam ante larem domesticum & adoptiones fie-

bant, & libera toga sumebatur, & alij eiusmodi titus obibantur.

Pag. 238, 24 SPLENDIDA QVE a docto] Is est, ni fallor, Hostius, qui bellum Istricum carmine scripsit, a quo multa accepit Virgilius, ut testimonio Macrobi cognoscimus. Cynthia autem ista, ut nos docent Apuleius, & Sidonius, Hostia vocabatur.

30 TV quoque qui astiuos] Præpostere hoc legitur. Nam disticho, *Nox mihi prima venit, subiiciendum est.*

Pa. 239, 4 HAE C amar) Et hoc quoq; præpostero ordine legitur. Nam subiungendū itidē disticho, *Quam multe ante meū.*

24 EXTREMO dormit amica] Lege, amicta.

Pag. 240, II DEMOSTHENIS arma] Petronius - & ingenitu quatiat Demosthenis arma.

22 DINDYMVS & sacre fabricata inuenta Cybeles] Intelligit fabricas, quæ pulcherrimæ erant in eo oppido. οὐαφεστικῶς enim Fabricata inuenta sunt Fabricæ ipsæ. Strabo de Cyzico: τρεῖς δὲ αρχτέλοντας τὸν θημελευμένος οἰκοδομημάτων τε Δημοσίων καὶ ὄργανων, τρεῖς δὲ καὶ μεταρρύντες κέληται, &c. Cybelæ autem fabricas vocat: quia oppidum illud Cybelem colebat. vnde Cyzicon Nicander vocat ὄργασθεον αἴθεων. Quod corporati fabrorum Cyzenorum videtur sacri Cybelæ, & Atti fuisse. ὄργασθεον enim, est ἐργασθεον, ut ὄργανη αἴθνα, est ὄργανη. At interpres vetus Nicandri ignoravit, quid esset ὄργασθεον. Qui locus hunc Propertianum interpretatur.

23 RAPTORIS QVE tulit qua via Ditis equos] Proserpinæ tutela Cyzicum, quod ex Plutarcho in Lucullo cognoscimus. item ex Epigrammate:

Ennae Cererem nurus frequentant:

Raptam Cyzicos ofreosā diuam.

Pag. 241, 2 ET qua Gygei] Nescio quis auctor fuit tam inceptæ lectionis. vt neque illius, quam Beroaldus ait se inuenisse in suo libro, si qua olorigeri. Haec omnia stolidorum & oscitantium hominum commenta sunt. Noster liber: Et si qua orige. minima licentia lego:

Et si quadrigæ vijenda est ora Caystri.

Quadrigæ Caystri vocat quatuor nobilissimas vrbes, Ephes-

sum, Smyrnam, Colophonem, Miletum. Hæ enim quatuor illo tempore nobilissimæ vrbes Asiaræ erant. Et quia Ephesus earū clarissima est, sita ad Caystrum, propterea Caystri quadrigam dixit ab earum principe Epheso. Non est nouum quadrigam, bigam, trigam a Latinis numeros quaternarium, binarium, ternarium more Græcorum vocari, qui eodem modo ουωειδα, τετρωειδα dicunt. Sic Marcellus Empiricus quadrigam vocat τὸ τετραφαρμακον medicorum. Sic vetus poeta:

Triga mihi paucos inter dilecta sodales.

Triga sodalitii pars bene magna mei.

Varro. Igitur initiorum quadrigæ, locus, & corpus, tempus, & alio. Initiorum quadrigæ, hoc est quatuor initia. Vide quam elegantem locum corruerant.

10 H I C Anio Tiburte] Repone ex antiqua scriptura, Tiburne. Est adiectivum, Tiburnus Anio: ut Tuscus Tiberis, Carnutus Liger Tibullo.

eo. CLITVM NVS ab Vmbro Tramite] Trames est filia aliquando apud scriptores. Supra:

Et si forte meo tramite queris auem.

A filia aut oriri Clitumnnum: quod egestus a Vadimonis lacu absorbetur intra specum filius obsitum: & aliquanto post oculus redditur. atque illud putatur esse caput Clitumni. Vide quid supra de eo diximus.

12 ALBANVS lacus & socij) Vetus scriptura:

Albanusque lacus socij Nemorensis ab vnda.

Et recte. nam eterque lacus, Albanus, & Nemorensis ab ijsdem fontibus.

13 POTAQYE Pollucis] Iturnam recte his adiungit, cuius scaturigines cum aliis fontibus communes sunt lacubus Albano, & Nemorensi. Strabo: ταῦ μὲν οὐδὲ πηγαὶ ὅρθι οὔτε ὡς οὐδὲ λίμνη πληροῦ). τούτοις δὲ εἴτιν ιέρεια καλουμένη σειμονές θυος ἐπιώνυμος. Legē: ίπερτα καλουμένη. Sic vocat Iturnam. Salubre vocat, quod ex ea valetudinis caussa biberent. unde à iuuando dictam putat Varro. Nympha Iturna, inquit, que iuuaret, itaque multi ægroti propter id nomen hinc aquam petere solent.

15 ITALA portentis nec fuit] Lego, furit. Ita & liber no-

ster. Hoc argumentum persequitur maximus Maro in A Georgicis:

*Illic & tigres absunt, & scena leonum Semina -*

26 *HAB c tibi Tulle parens ] Hic Tullus, vt appareat, pro-  
consul Bithyniae fuit. vnde supra:*

*Tu patrie meritas conare anteire secures.*

29 *C O N I V G I S aptus amor] Noster, altus amor. Catullus:  
Sed tuus altius amor baratro fuit altior illo.*

Pag. 242, 18 *E T poni duras inter ephemeras) Ouidius imita-  
tus est: Inter ephemeras melius, stabulasque iacerent,*

*In quibus absunt as fleret avarus opes.*

*μυηται δέντοι. Calendarium etiam vocari nemo igno-  
rat exemplo Calendari foeneratorum. Sic etiam Calenda-  
rium, & Ephemerides etiam hodieque vulgo, pro tabulis  
fastorum, aut Lunaribus astrologorum. Vnde ea Manaca  
aliquando dicta ostendimus, articulo Arabico, & voce  
Græca, quam tamen Latini inflexione suam fecerant.  
μανιαῖος, Maniacus, seu Manacus. Βαρδιάῖος, Bardiacus.  
σπαρτιάῖος, Spartacus. Nam Spartæum etiam in quibus-  
dam historicis in manuscriptis libris semper legitur. At  
illa vox Almanac, quanvis Arabes suam vsu fecerunt, ta-  
men non hodie atque heri eam agnouerunt, sed diu est,  
postquam hoc factum est. Porphyrius in Epistola ad Ane-  
bo Aegyptium, citante Euseblio: ταῦτα τε εἰς δεκανοὺς Υμᾶς  
ἡ τοὺς ὠροσκόπους, καὶ τὸν εἰργμένους κρατασοὺς ἡγεμόνας. ὡς  
καὶ τὰ οὐρανά ἢ τοὺς ἀληθιχακοῖς φέρεται. Hæc igitur  
Ephemeridas etiam vocabant, vt & hodie. Iuuenalism:*

*In cuius manibus seu pinguis succina tritias*

*Cernis ephemeras - Alioqui vt diximus, sunt  
quotidiana familiæ. Iuuenalism: longi relegit transacta diurni.*

22 *E T dominum Esquiliis) Apuleius: Si quis a fuga retrahere,  
vel occultam demonstrare poterit fugitiam regis filiam, Veneris  
ancillam nomine Psyc̄hen, conueniat retro metas Murcas Mer-  
cūrium prædicatorem.*

Pag. 243, 6 *E C C E coronate) Vt:*

*Puppibus & leti naute imposuere coronas:*

12 *R I S V S eram) Noster, visus. Male vero quædam edi-  
tiones, & liber noster hæc diuellunt a superioribus.*

IN

## IN LIBRVM IIII. SEX.

AVRELI PROPERTI.

Pag. 245, 1 PVLPITA *solemnē non oluere crocos*) Omnes norunt  
 hunc moteri: sed tamen, ut quis aut qualis fuerit,  
 nesciant. Fiebat autem id per expressiones machinarum,  
 ut hodie in Italia exprimitur aqua epitonij versis etiam in  
 aridissimis locis, quum aquam intus antea immissem laten-  
 tibus fistulis alte exprimitur. Seneca Epistola vna &  
 nonagesima: *Quemadmodum in immensam altitudinem cro-  
 cum latentibus fistulis exprimat*. Idem Quæstionum libro  
 secundo: *Numquid dubitas, quin sparso illa, quæ ex fundamen-  
 ti media arene crescens in summam altitudinem amphitheatri  
 peruenit, quin intentione aqua fiat?* Sparitionem vocat, ut  
 Glossarium Spario *κροκόεσσας*. Apuleius libro nono:  
*Tunc de summo montis cacumine per quandam latenterem fistulam  
 in excelsum prorumpit ruda croco diluta, sparsoque defluxens  
 pascentes circa capellas odorato perpluit imbre, donec in meliorem  
 maculata speciem canthri propriam luteo colore mutarent. Ex-  
 primebatur & sparso illa ex sigillis quibusdam, quæ totis  
 membris illam emittebant. Lucanus:*

*Vtque solet pariter totis se effundere signis  
 Coryci pressura croci. sic omnia membra  
 Emisere simul rutilum pro sanguine virus.*

24 QVALIA num curuo] Melius editiones nonnullæ,  
 curto. Confudit Octobris equi sacrificium cum Palili sacro. Nam vitroque equus immolabatur. sed Palili quotannis, illo, quinto quoque anno, cuius cauda Cauiar vocabatur. vide Festum Cauiares hostiae, & nostra in illum locum. Curtus equus est aliqua parte sui mutilus, sed praferunt cauda, ut hic in Cauarii sacrificio.

Pag. 245, 7 PRIMA galeritus] Lege Lucmo. Is est Lucumo.

14 HAC *vbi* Fidenas longe erat ire vias) Lege via. Hac  
 vbi longe via erat ire Fidenas. Longe via, longinqua via.  
 Supra expostum.

17 HVC melius profugos) Tibullus:  
*Tunc se Troia quidem mirabitur, & sibi dicet  
 Vos bene tam longa consuluisse via.*

Bassus Lollius Poeta:

αλλά σὺ εὑρίσκολος ἵερός ἴταλον ἔδη  
θρυμφέχε πύργης φρούριον ἀργεῖν.  
ἔει καλὸν ὄλετο πύργος ὁ τρεώιος. οὐδὲ ὁ σπλαισίος  
ἥφεται κόπεων πύργος αἰαστα πόλις.

Pag. 246, 16) H A S meus ad metas sudet) Huc inferendum distichon, quod infra legebatur: Dicam, Troia cades & Troica Romi resurges. Canam, inquit, fortunā & caducā, & recidiuā Troiae. Canam iñiōu ἀλασσή, & aduentum Aeneā in Italiam, quæ fuit τρεώιας παλιῆστια.

18) E T maris & terre) Quæ omnia exequitur Virgilius tertio.

21) A C C E R S I S lacrimis cantus) Beroaldus mutauit: Aduersis missis cantas. Si omnibus hoc modo omnia pervertere in bonis scriptoribus licet, nihil est quod in illorum scriptis difficultatem nobis pariat. Noster, Arcebius lacrimis Charites. Quod ego mutare non ausim. Prouerbiū esse videtur, ut contra mœstis dicebant, θύε ταῦς θρίστου auctor Laertius, & Eunapius.

25) B A B Y L O N I V S Horos) Non a patria, sed a profesiōne Babylonij & Chaldae sunt Genethliaci.

post 30. verl. F E L I C E S Q U E I o n i s) Duo disticha quæ hic legebantur, quo pertineant, infra suo loco dicemus.

Pag. 247, 5) G A L L U S at in castris) Inepit hæc refert ad Cor. Gallum poetam Grammatista ille, qui Virgilii vitam ex multis auctoribus tanquam centonem confarcinavit.

9) I D E M ego quum Cinara] Ea est, quā amauit Horatius.

18) T R A M E S & a zonis] Sequi debent duo illa disticha supra alieno loco posita: F E L I C E S Q U E I O V I S S T E L L A E.

19) F E L I C E S Q U E I o n i s stellas) Legi stellæ. dixit enim Aspicienda via est celi. Stellæ ergo aspiciendæ.

22) L O T V S & H e s p e r i a] Capricorno partes Occidentis assignantur. auctor Manilius. Horatius,  
— quid tyrannus Hesperie Capricornus ore.

Idem intelligit Horatius, quod Propertius, & Manilius. Et tamen argutatur homines venusti, qui subtiliter hæc scruntantur, atque aiunt ab Horatio in honorem aut adulatio- nem potius Augusti dictum: quia Augustus natus sub eo

signo, unde etiam nummum Capricorni signo cusum emiserit. Quæ sunt meræ nugæ, nequid asperius dicam.  
 A Pag. 248, 4 MENTIOR an patriæ] Quasi in finibus tantum Vmbriæ esset. Horatius,

- Venusinus an Appulus, anceps. Catullus:

O funde noster seu Sabine, seu Tiburs.

7 SCANDENTIS Q. axis) Axem pro climatè aut tractu positum. Iuuenialis: Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. Nam & hic axes, ut ibi pro collibus aut clivis editis. At docti viri hic nescio quem Asim legunt, & Asisum intelligunt. Quid mouit eos? primum hæc est vitiosa scriptura. Nam auferat, Isonides, fissa, Polysena, pro auxerat, Ixionides, fixa, Polyxena scribebant imperiti librarij. Itaque hic quoque Asis pro Axis. Non ergo hac parte obtinebunt. Deinde quomodo Asis pro Asis? Hæc profecto nimis violenta esset apocope. neque enim Latinis, qui musas colunt se- uiores licet, xpo aut dñ dicere. quanquam Ennius voluit eorum imitatione sibi licere, endo suam do. Quid ergo? Proculdubio haec tenus ignorata fuit patria Propertij. Nam quod Mæuaniam, quæ hodie Beuania dicitur, putant, fal- luntur. Non enim hic Mæuania pro oppido ipso, sed pro extensa planicie accipitur, quæ ab oppido nomen accepit.

Silius lib. v. r. - colles Vmbros, atque arua petebat

Annibal, excelsi sumnum qua vertice mortis

Deuexum lateri pendet Tuder, atque ubi latis

Porrecla in campis nebulas exhalat inertes,

Et sedet ingentem pascens Mæuania campum

Dona Ioui. --

Hic Silius non pro oppido quod in planicie situm est, sed pro planicie ipsa in quo oppidum Mæuania est, accipit. Et libro octauo:

His urbes Arna, & latis Mæuania pratis. Statius,

- nec si vacet Mæuania valles,

Aut præsent nuncos Clitumna noualia tans.

Sic igitur hic Mæuania est porrecta campi planities, in qua est lacus Vadimonis, quem ipse vocat lacum Vmbrum. Potro quum poeta manifeste dicat patriam suam in colle sitam, quomodo Mæuania, quod oppidum in planicie situm est, erit eius patria? Non igitur est Mæuanensis, ab

oppidō Mæuania. sed Mæuanas a planicie Mæuania. Nam alij sunt Mæuanenses, alij Mæuanates. Quum igitur ipse aperte dicat se Mæuanatem, quia dicit patriam suam ad campos Mæuaniaē esse: Mæuanensis autem esse non possit, quia Mæuania, ut dixi, in piano est, patria autem Propertij in clivo fuit: quæramus, quænam ea esse possit. Scribit Strabo de hoc tractu: καὶ δε τε εξ αὐτῆς εἶχεν πόλιν, καὶ πέρι πλησίον τούτου οὖν ἡ Κρήτη επενθάνει τὸ ὄποις. Noli dubitare, quin Ameria sit patria Propertij, primum, quod sita in colle: deinde quod antiquam vocat. Nam Cato scripsit conditam ante Persæ Macedonis bellum annis nongentis sexaginta quatuor, auctor Plinius. Præterea & illud mire conuenit, quod ait patriam suam despectare lacum Vmbrum, qui lacus non alias est, quam ille Vadimonis lacus veteribus celebratus. Hoc plane cognoscitur epistola Plinij Cæciliij ad Galium libro octauo. Exegerat, inquit, proficer metu, ut Amerina prædia sua inspiceret, hec perambulante mibi ostenditur subiacens lacus nomine Vadimonis, &c. Vides Ameria lacum esse Vadimonem. Sed quare inuidit posteritati nomen patriæ suæ? Fecisset, si potuisset, sed syllaba contumax repugnat. Non potuit includere in Heroicum versum Ameria, non enim proceleusmaticum admitteret genus illud carminis. sed nec Vadimon potuit hic locum habere, non magis quam Tuticanus, de quo conqueritur Ouidius. Nam Vadimon Creticus est. Sic fine monobibli tantum dixit:

Proxima subiecto contingens Vmbria campo  
Me genuit, terris fertili vberibus.

Non enim satisfacit, quod se Vmbrum dicit: quum in Vmbria plura sint oppida, sed coniiciendum dat illis, qui gnari eorum tractuum sunt, quum dicat esse vicinum agro Perusino. Sic Horatio dicente:

Venimus oppidulam, quod versu dicere non est.  
gnarus locorum eius tractus, non dubitabit esse Equotitium. Item Lucilius quum ait,

- Seruorum festu dies hic,  
Quem versu hexametro non plane dicere possum.  
non potuit dicere Sigillaria. Quare & cuias esset Propertius, & quis sit lacus Vmber, & quæ hic accipienda sit Mæ-

uania, primi indicauimus: ne forte quispiam aut vitam Propertij, quæ ab inepto homine scripta est, securus. Asisianam dicat: quanuis ne ita quidem efficeretur Asisianam esse, quū aliud sit Asis, aliud Asisium, neque putet Maeuanensem esse, quod hic Maeuaniae sit mentio. in montanis enim patriam suam ipsemet constituit. Denique meo periculo Amerinum Propertiū omnes fuisse mihi concedant, necesse est. In Strabonis exemplo superius a nobis produc̄to, verba ipsius scriptoris emendauimus. Nam pro ὀνειρικός verbo nulli preci, quod hodie vulgo excluditur, ὀνειρικός legimus, ita postulante sententia, & subscripte Silio, libro decimo:

- pauperque penatum,

Sed domus h. iud obscura Tuder notusque per Vmbros.

Bellator populos. -

eo SCANDENTI QVE axis] Ergo axem editum collēm, vt supra ex Iuuenale: aut tractum. Statius:

- ire polo nitidosque errare per axes Visus. - Silius:

- ant axe relieto

Hesperio patrias exul lustraret arenas.

Supra etiam patriam suam in colle ponit.

Scandentes si quis cernet de collibus arces

Ingenio muros estimet ille meo.

Oportet fuisse insigne opus illud moniorum Ameriæ. Nam idem prope repetit:

Scandensque axis consurgit vertice murus,

Murus ab ingenio notior ille tuo.

Quanuis nobilissimi muri per se, tamen nobiliores facti ingenio tuo. Sane hodie quædam supersunt eorum murorum reliquæ, immanibus axis quadratis, qualia sunt hodie in mole Adriani Romæ, præstantiam eorum testantibus. Ameria, vt sciunt non penitus αἰωνογένεθλον, hodie Amelia dicitur. Ego homo Transalpinus Italos homines, atque adeo ipsos Vmbros patriam Propertij docui.

10 ET in tenuis cogeri ipsa lares] Cogit in tenuis lares eo modo dicitur, quo cogit in ordinem.

12 EXTVLIT excutias perticam tristis opes] Quid doctos viros mouit, vt perticam pro hasta accepérēt, & inde Propertij bona hasta subiecta a sectoribus dicerent? Nam

codem modo loquens sua assignata veteranis fuisse innuit. A  
Val. Cato:

*Pertica quæ nos tristis metata est impia agellos.*

Non ergo Beroaldus, neque illum sequuti, intellexerunt, quid intercesserit inter perticationem, & subhaftationem, tantum profecto, quantum inter prædia proscripta, & assignata. Metatos ergo agros suos intelligit. Sic apud Horatium accipendum - *metato in agello.*

23 ET bene quum fixum] Vinco in gulam impacto in forūm, deinde in scalas Tiberis abiiciebantur nocentes. Dio de Seneca: ἐπιτίθεται τοῦ Τίβηνος πόλεως στρατιωτῶν αἰνιγχοῖς οὐσὶ μεχάνοις οἱ δῆμοι εἴτε πληραρχοὶ, καὶ, κατὰ εἰς τὸ πότα λόγον ξυρούσθησθε τῷ Κλαύδιῳ αἰνιγχῳ εἰς τὸ οχυρὸν διεχθῆναι.

Pag. 249, 30. CLAMABIS capiti vina subisse meo] Ita melius, quam subesse, quod scriptum extat in nostro. Nam subire est aptum illi rei, quod Græci ἀπέδει. In monoblibo:

Acrius illa subit, Pontice, si qua tua est. Item alibi:

*Ne subeant labris pocula nigra tuis.*

Ouidius libro primo ματωδεχίας.

*Nyctileum patrem, nocturnaque sacra precare.*

*Ne inbeant capiti vina nocere tuo. Lege,*

*Ne subeant capiti vina nocere tuo.*

Nam vulgata lectio inepta.

Pag. 250, 3 EST etiam aurigæ species Vertumnus] Desultorem aurigam ait Vertumnus appellari. quod nulquam leges.

26 HÆC spatius ultima meta meis] Noster, ultima creta. Ac nescio an in monoblibo ita legendum sit:

*Illa fuit lacrimi ultima creta meis,*  
Et sane aliter Propertium scripsisse non puto. Seneca:  
*Hanc quam nunc in Circo cretam vocamus, antiqui calcam vocabant.* Putat Seneca, ut appareat, cretam postea dictam esse, qua antea calx erat, quia & creta & calx apta sunt designandis albo spatijs. At mihi non ita videtur. Nam Calx ultima in homine, ab eo ultimum quodque calx. Sic Græcis θέριον. In Glossis Græcorum: πέριν, τὸ πορέας τὸ βιου. Marcellinus non semel proverbialiter dixit, ultra calcem currere. Et libro vicecento octauo, ultra plantam euagari,

A pro eodem dixit, eadem metaphorā, quasi cognata sint  
Planta, & Calx.

Pag. 251, 8 T E modo munito Sericus] Hæc est Beroaldi emen-  
datio, quum editiones haberent, Henricus hostis, ar noster,  
Betius. Nullam opem afferre possum.

Pag. 252, 2 E T Tyria in gladios.] Vocat gladios κατίματα,  
& tracta lancea, a similitudine.

4 Q V O T sine aqua Parthus millia currat equus] Aut eques  
legendum est, vt intelligatur de tolerancia Parthorum in  
expeditionibus aut si aqua legimus, aliter interpretandum.  
Sanc optima videtur lectio, si eques legamus. Dio de Par-  
this libro quadragesimo: καὶ ὁ πεζὸς οὐ ταῦτα οὐ ποτέ  
πεινάει, οὐδὲ μάχησθαι οὐ ποτέ σφι οὐ τοῖς  
τεράσσαις, πατέντας τὸ πάντα χαλκόν, παρέχεται καὶ διὰ τὸ πώ  
ωγεν ἀκέντινον θύει τὸν στρατονταν, ταῦτα δὲ λοιπῶν εἴτε δυση-  
χωμένων εἴναι τὴν φρεσέαν, καὶ εἰ τὴν ομοιοτέρων εἰσὶ τὸ τερψόν  
αλιον φροντίζειν τὸν οὐταν διέχοντα τὴν σωματικήν, καὶ τὸ οἰλιοτό-  
πε, οὐ τὸ δυσχερέας πόνου πολλὰ αἰλεῖ φράμακα οὐδὲ πριάσαν,  
εἴτε καὶ ἐκ τούτου μηδὲ λατεῖται τοις εἰς τὸν χώραν αὐτον, εἰ-  
σαλλονται αἷματαδαν. Hæc mirificū mentem poetae ape-  
riunt, si e Q V S legamus, quod puto verum esse. Nam si  
e Q V S legamus, audiamus equisones nostros, qui dicunt  
nihil esse periculi equo exercito a siti, vt a fame. Aliter pu-  
to, si equus retinemus, interpretandum, hoc est: Quot mil-  
lia equus Parthorum currat sine strigatione, hoc est, vt in-  
terquiescat. Nam strigant, seu interquiescent equi in lon-  
gis itineribus mingendi cauſa, veteres vero aquam hone-  
ste pro vrina posuerunt. Petronius: Nec fefellit hoc Gnitho-  
na. Extra cellam processit, tanquam aquam peteret. Hoc est:  
tanquam vesicam exoneraret. Sic agalones Germani, &  
Itali honeste equos non vrinare, sed stallare dicunt. Equo-  
rum fatigatio, ex itinere, egestione vrina leuat. Contra  
equas inter currentē prohibemus strigare meiendi cauſa.  
Languescant enim aquæ emissione. Sic vulgo honeste  
Aquam vrinam dicimus. Et mirum, veteres dicebant su-  
mere se aquam, quando ibant ad secessum: Quidius libro  
tertio Artis:

Scilicet plifstabit custos, ne scribere possis,

p. iiiij.

*Sumende detur quum tibi tempus aquæ?*  
Id est, quum tibi detur tempus ad exonerandam vesicam,  
Et alibi:

*Et tamen vlla virò mulier non expedit, inquit.*

*Quid nisi quam sumis, dic mihi, perdis aquam?*

*Aperte vrinam intelligit, quanquam ibi vrina in eum sensum accipienda, in quem illud:*

*Auribus, atque oculis concepta vrina mouetur.*

*Vnde illud:*

*Dedecus hoc sumita dis̄simulauit aquam.*

*Hinc, quia proprie sumere aquam, est in os aquam accipere, honeste lotum dicitur: quia aqua in os colluendum sumitur. Martialis:*

*Nouit loturas Dasius numerare, poposit*

*Mammomam Spatalen. pro tribus illa dedit.*

*Hic simpliciter loturæ sunt γράπται, sed tralatitie pro eo, quod iam dixi. & quod non nominabo. Locus ille Martialis aliter, & vitoſe editus est.*

23] **G R A V C I D O S** & **Catellæ**] Lege, Glancidos. ita vocat ab oculis. Glaucoſ oculos intelligit, quos Galli vulgo vocant Veronus. quales, sūrin plerisque catellis. Quin & multos catellos vidimus, qui altero rāgo, altero glauco erant. Glaukopides, qui vtroque glauco sunt Græci vocant, Tales aues nocturnæ. Omnes enim via appellatio-  
ne γλαυκοπίδες comprehenduntur. Martialis:

*Si meus aurita gaudet glaucopide Flacus.*

In qua lectione etiam in manu scriptis exemplaribus menda inoleuit, ut pro glaucopide, Lagopode legatur. Atqui tria absurdâ consequantur, necesse est. Primum, lagopodem non esse auritam. Est enim lagopus, quam perdicem albam Inalpini vocant. Deinde prima syllaba corripitur. Postremo aut illa pulcherrima est, idcoque non videur inter monstra & deformia portenta naturæ annumerâda: quum tamen hoc agat Martialis, ut ostendat monstra placuisse illis viris, quos ordine recentet. At contra glaucopis, seu bubo & aurita, & sane non inter venusta illæ Catellæ veteribus feminis, ostendit prouerbium, μελιταῖον κυνιδίον, & inscripto vetus, in qua est, **C V R A T R I C I C A T E L L A E**.

A vt videoas etiam in ministerio, aut famulitio id munus  
fuisse.

28 SEV metuit tangi] A crepitu flammæ mero obrutæ  
omnia captabant.

29 ILLA dies hornis] Ait, nisi hæc occurrerint, non esse  
locum sacrificio. sic boves alloquuntur imperatorem An-  
toninum. Te iubeimus saluere imperator. sed si vincis, om-  
nino actum de nobis:

οι βόες οι λαθοὶ μάθω τῷ καζόδρι χαρέν.

λύτρῳ νικήταις, ἀμφες ἀπολλύεται.

Hornus autem, vt alibi indicamus, est èos. Annotinus,  
ab aduerbiis horno, & anno. Lucilius: utrum  
anno an horno te abstineris a viro. Varro Eumenidibus: Quis  
in eo esset occupatus, atque in schola curarem inscribi: T. S C A N-  
T I V S. H O R N O P E R. D I O N Y S I A : quod ea die mea erat  
prebitio, in ianua, C A V E C A N E M, inscribi iubeo. Locum  
autem Varronis apud Nonium diuissum coniunxit.  
Procerbum enim illud etiam apud Petronium legitur.  
Non longe, inquit, ab ostiarij cella canis ingens catena vincitus in  
pariete erat pictus: superque quadrata litera scriptum: C A V E  
C A N E M.

Pag. 254, II. DVM captiuia mei conspicer] ελληνισμός. hoc est,  
dum me conspicer esse captiuam. Supra:

Visura & quanuus nunquam sferaret Achillem.

Catullus:

Ait fuisse nanium celerrimus.

32. S I C hospes patiare] Varie cruciatur hunc locum  
βίγλιος φέλαι, isti. Sed germana lectio est in nostro:

Sic hospes parianne tua regina sub aula.

Vtrum apud te futura sim, hospes an regina, hoc est, con-  
cubina an materfamilias.

Pag. 255, 13. N E S C I A nefariis] Lege, ne furii, duas negotio-  
nes unius vicem. Hoc superius exemplis confirmauimus.  
Terentius:

Faciunt ut intelligentes ut nihil intelligant.

Pag. 256, 19. Q V I P P E & Collinas] Collinas Beroaldus non  
vult a Collina porta dictas, sed a collibus, in quo nimio  
argutior est. Nam extra portam procul hominum fre-

quentia id faciebat. ut apud Horatium Canidia ad Ex-  
quilinam portam. De fossâ magica habes apud Horatium  
in Epôdo quinta: item in Satira octava libri primi.

22 E T sua nocturno] Tale illud: - *His ego siluis  
Sepe lupum fieri memini.*

27 EX ORNABAT opus] Insinuatione vtebatur, tan-  
quam de re difficultima dicere aggressura esset. Prouer-  
bium est, terere saxosam viam: hoc estire per saxosam  
viam. Horatius: Et Appiam manus terit. Et Propertius ipse:  
*Cui sepe immundo via conteritur via socco.*

Quare Beroaldus fallitur, qui terere hic interpretatur, læ-  
tigare. quum sit prouerbium, ut diximus, terere saxosam  
viam, pro eo quod est, in difficultibus versari. Plautus  
allusit:

*Non mens scruposam rictus commetat viam,*

29 S I te ea Dorizantum] Hæc est scriptura libri nostri.  
legendum vero, Dorizanum. δοριζανον. Finxit nomen  
puellæ, Comice. ut Philocomasium, & similia.

Pag. 257, I S E V que palmifera] Vitreos calices Ægyptios  
intelligit. Martialis:

*Afficis ingenium Nili, quibus addere plura*

*Dum capit, o quoties perdidit auctor opus.*

Dicebantur hi calices ἀλλαγόντες. quia ut Palumborum  
colla ad omnem motum diuersos colores efficiebant.  
Adrianus Imperator in Epistola ad Seruanum: *Calices tibi  
allaſſontes verſicolores misi.*

4 C E D A N T dannoꝝ] Noster: *Frangere & dannoꝝ.*

27 A V T quorum Titulus] Non intellexit morem  
hunc priscum Romanorum Beroaldus. Caput erat Ædi-  
litij Edicti: TITVLVS. SERVORVM. SINGVLORVM.  
VTEI. SCRIPTVS. SIET. COIRATO. ITA.  
VTEI. INTELLEGI. RECTE. POSSIET. QVID.  
MORBEI. VITTEI. QVE. QVIQUE. SIET.  
QVIS. FVGITIVVS. ERROVE. SIET. NOXAVE.  
SOLVIVS. NON. SIET. Vide etiam Titulum ad  
Æditium Edictum in Pandectis iuris. Hic Propertius  
scribit titulos illos vnicuique ex collo aptos fuisse. ego re-  
perio etiam in venalitio pingi solitos. Petronius: *Ego autem  
colleto ſpiritu non defiti totum pariem persequi.* Erat autem

A venalitium titulis p̄clum, venalitium vocat δυνατοθεσίαν.

28. C A E L A T I medio) Cælati proculdubio sunt signati, οὐναστρέοι. Nam mancipiorum pedes creta signabantur, si quidem priuati hominis essent, heri sigillo: sicut publica, republicæ. Xenophon ἀπὸ ταχανα. οὐδράποδες ἐ στομασμένα τῷ δημοσίῳ σηματεῖσθαι τοσούτων ζημιας πῷ παλαιῶν πῷ εξαγόντων πόσιν οὐτε τακτεῖσι;

eo. Q U M saliere foro) In foro venalia prostabant mancipia. & saltare ac currere circum coronam solebant. Menander. ἐφείω.

ἔτιδιν μὴν μηδέ μοιδέ τὸν δεῖπνον εἰς τοὺς θεοὺς  
εἰς τοὺς μύκλους ἐμαυτὸν εἰς δεῦκότα  
δέ γὰρ κάτιλα τείχοντα μὲν παλαιούμενον.

Vides, dum præcox venales prædicabat, interea solere saltare in circuitum per coronam, ut cognosceretur, qui essent, quos prædicabat præconium. hic μύκλους intelligo coronas circumstantium in auctione. quamquam Harporation vetus Grammaticus pro loco ipso, in quo vendebantur, accipi scribat. quod parum refert utro modo accipias. Nævius Agitatoria:

Age, me te mili aduocari dicas, hunc unum diem,

Demea, seignior sinam illos esse tax pax. postea

Currentes ego illos omnes vendam, nisi tu riceris.

Hic currentes seruos ait vendi solere, ut supra Menander τρέχοτας. Quare salientes & currentes idem vides esse: & hoc solere facere mancipia, quam ad vocem præconis iubebant saltare, & eis plaudebat præcox ipse, qui eos, ut porticulus remiges, incentiuo citabat. Canebant enim, ut saltabant. Persius:

Cappadocas rigidos pingui pavisse catastra.

Ibi reliquæ veteris interpres Cornuti: Legitur, inquit, ET PLAVSISSE: quoniam venales ante quam in catastropham ponantur, cantant universi pariter more gentis sue. Haec tenus Cornutus. Habet igitur vetustum morem venalium, atque adeo enarrationem istius distichi, cuius sententiam assiqui non poterat Beroaldus. Porro & his & superioribus similia inuenies apud Ouidium, vt:

Nec tu, si quis erit capit is mercede redemptus.

*Despicere damni nomen inane pedis.*

22 SVRDA sine arte lyra] Alij, sine arte lyra.

Pag. 258, 6 PER tenues ossa ] Quidam hunc versum ὁ Ελίζαρος. & mihi certe ἔγνω τὸν videtur.

22 HORRYT algenti pergula curta foco ] Sic Martialis:

*Alget & extincto clausa culina foco.*

Inepte vero Beroaldus hic mutauerat pertica curua, pro *pergula curta*. Sed ne bene quidem Turnebus, vir doctissimus, qui *pergulas publicas* interpretatur, & tale hanc ait: quum tamē *pergula* sit hic, ruguriolum, ut apud Aufonium:

*Vilis arundineis cohabet quem *pergula teclis*.*

Sed neque vllae vñquām fuerunt *pergulae publicæ*, vt ipse viderur velle, quum *pergula* fuerit tantum appendix ædificij, vt in Aufonianis lectionibus ostendimus. *Per-gulae ædificiorum publicum spectabant*. ob id artifices & magistri qui minus noti erant, in illis primum solebant opera sua proponere, aut docere, ut populo innotescerent. Iuuenialis: *Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis *Per-gula*.*

23 Q V I S Q V I S amas scabris hoc bustum cedito saxis.] In nostro mendoso, C V L T A F O R E N T . Forsan, claustra, pro

claustra.

19 Q V I S Q V I S amas scabris hoc bustum cedito saxis.] Recte. Nam prætereuntes busta lapidibus petebant. Ar-gentarius poeta:

ἀλλὰ νίσοις ὅτι πύρεον, ὃδι πόρε, μήτε σὺ βάλλε,  
μήτ' ἄλλον πέισον. σῆμα λέποχε νέκυς.

φέσαι δ' αὐχὴν κέρδος επίτεον, αλλ' οὐ κονάς  
δρέπας, μοιχθύης ἐν ἐδίδαξε νέος.

Contra igitur ac Propertius.

24 CERA Phileteis) Omnino legendum, *Serta*, non *cera*. Corona, inquit, Romana certet corona Phileteæ. Nam *cera* hic locum non habet, neque scriptio. Sed sacra facturi στοφαρον καὶ χειρον adhibebant. illum a Phileta, hanc a Calimacho petit.

25 TER Q V E focum circa] Quid sit, quæratur. Nam hanc ritum plancignoro. Beroaldus hic mihi risum sustulit.

28 SPARGITE me lymphis] Nam sua ὁσπράνηα ha-bebant.

29 TIBIA Mygdoniis libet eburna cadis] Et hic quoque Beroaldo per me tacere licuisset. Nos in Ætnam, de Pithaulis hunc locum interpretati sumus: qua meliorem interpretationem nemo artulerit. Sed tamen non ita amamus nostra, vt si meliorum in mentem veniat, non ea in vulgus proferamus. ego interpretor Cados hic non Κάδος, sed Τός Κάδος populum & urbem Mygdoniæ. tibia Mygdoniæ Cadis dictum, quomodo Plauto Hospes Zacyntho, Varroni vinū Lesbo. Intelligit ergo hic Phrygiam tibiam. Phrygia tibia cantet, hoc est tibia τὸν φρύγιον νόμον cantet. De Cadis Mygdoniæ urbe vide Strabonem. Scribendum igitur hic maiuscula C. Nisi quis de Pithaulis intelligat, vt olim exposuimus. Sed Turnebus non videtur aduertere, qua absurditate se doctis auribus traducat, quum scribit πυθαίλας, per u, ψιλόν. & adducit testimonium Horatij - qui Pythia cantat. Atqui ne ita quidem esset πυθαίλας, sed πυθαίλης. Aliud agens hæc scripsit doctiss. vir. qui duplice errore sententiam suam damnauit: altero, quum pro πυθαίλης legit πυθαίνης altero, quod testimonio Horatij contra se vititur: Ex quo non πυθαίλης, sed πυθαίλης dicendum esse colligeretur.

Pag. 259, 17 NAM tulit iratos] Callimachus hymno in Apollinem, & Pindarus. Item vetus Poeta:

ἄλλ' ὅτε λαττώ  
ωδίς ιερὰ λαζέτο δίων  
διδύμων ἔκεπων ἐνδῆται σπινῶν,  
ἴσατο μὴρ γαῖαν ίσατο δὲ αἰρε  
πᾶσι όροδινων.  
πάγνυτον ἕρσες, πάγνυτο κῦμα,  
αἴσα δὲ θεῖορες μάτην λυκωρέων  
Τέρπτα φοίσε,  
καὶ ληνομολαστῶν βασιλεύς τειπόδων.

31 IMPOSUIT prore] Vota insculpebantur, aut inscribebantur in cera in genubus statuarum. Iuuenalis, Propter que fas est genua incerare Deorum. Apuleius: Votum in aliquis statua femore assignasti. igitur magus es. aut car obsignasti.

In prora erat tutela nauis. Quid sit tutela nauis non pauci A  
sciunt.

Pag. 260, 2 ET nimirum remis audent prope turpe] Scribe: Proh  
turpe.

4 - C E N T E N I S remigat alis] Hic alas Τεσσαράς expo-  
nit. sunt remorum ordines. Ait centenos vtrinque remos  
fuisse. Non tamen ideo ἐκάληπτο putes dici, vt dicitur,  
τετύπος, πεντύπος, οχτύπος, δέκτυπος. Nam rūm a numero re-  
migum ad singulos scalmos dicitur.

16 A T pater Idalio ] Bæbius Macer: Circa horam oculauam  
stella amplissima quasi lemniſtatis coronata orta est. quam qui-  
dam ad inlustrandam gloriam Cesari iuuenis pertinere existi-  
mabant. Ipse animam patris sui esse voluit: eique in Capitolio  
statuam super caput auream stellam habentem posuit. inscriptum  
in basi fuit: K A I C A P I H M I Θ E Ω. Sed Vulcanius  
aruspex in concione dixit Cometen esse, qui significaret exitum  
noni seculi, & ingressum decimi. sed, quod inuitis Diis secreta re-  
rum pronunciaret, statim se esse moriturum. Et nondum finita  
oratione in ipsa concione concidit. Hoc etiam Augustus in libro  
secundo memorie vite sue complexus est. Haec tenus Bæbius B  
Macer.

26 B E L L A satis cecini citharam iam poscit Apollo] Nam  
eadem & sagittas & citharam attribuunt. Callimachus:

φοῖβος οἰτεντιών εὐτεχός αἴνεται, φοῖβος αἰσθόν. Lege:  
φοῖβος οἰτεντιών εὐτεχός μέτα, φοῖβος αἰσθόν.

29 B L A N D I T I A E Q V E fluant ] Omvino legendum,  
Blanditeque. Plinius libro quinto & viceſimo: Radicem fili-  
ueſtris roſe, quam Cynorhodon vocant, blanditam ſibi aſpectu in-  
fructecto. Sic Tibullus:

Blanditus vult effe locum Venus ipſa querelis.

Sic dictum a Propertio blandos turis honores. Συμπράττε,  
δυναδέας.

31 T E R Q V E lauet noſtras fpica Ciliffa] Et Ouidius:

Et ſonet accenſis fpica Ciliffa facis.

Iam comitia Critorum conuenerunt, vtrum de croco an  
de nardo hic intelligendum eſſet. Et tandem de nardo  
& pterogatiua & iure vocata ſuffragium tulerunt. Sed  
ego corum magistratus vitio creatos obſeruau. Itaque

eorum nullam rationem habendam censeo. Nam si apud Ouidium spica Cilissia est crocus, erit & hic apud Americanum nostrum. Quod enim de nardo intelligi non possit, fidem fecerit, quod nardus Cilicia spicam non habet. Quod autem in ara crocum incenderetur, id vero testatur Tertullianus libro de cultu mulierum: Crocum capiti mulier Christiana ingerit, ut in aram, quodcunque enim immundo spiritui extremari solet, id nisi probis, & necessariis usibus adhibeat. En locupletem auctorem, qui omnem evictionem praestet. Quin in croco spica vocatur, id quod in allio: quanquam non id cremari solere certus sim. sed ~~eu~~ ~~eu~~ ~~eu~~ ita totum crocum vocatur. Iam croci Cilicij nulla spica, sed Indici. & sero, ut puto, in Indico spica vocatum est id, quod radix est verius, quam spica. Idque Latinum potius est, quam Græcum, bulbos radicum spicam vocat. quare puto in eo Græcos sequitos esse Latinorum idioma. Nam sane talis nulla est spica aut bulbus nardi Cilissæ. Ea enim est nardus, quæ propter breuitatem in fasciculos colligi aut constringi non posset, sed in sacculos congregabatur. quo nomine dicta Συλαῖης. Nicander Alexipharmacis:

έπλα σὸν πολάκινον τεῖχον θύεσθαι ράφου  
ρίζαδα δυλαῖεστεν ὀπῆσο, πιύτε κιλιατη  
μηνόντες αἰδανούσι τεῖχον παγκανείδα κέσου.

B δυλαῖεστεν intelligit, hoc est κιλιατη, &, ut Dioscorides vocat, οπεντω. Quare diligenter hoc considerandum, atque obseruandum: spicam Cilissam hic esse bulbum croci, quanquam pro croco ipso accipitur, ut spicam nardi esse bulbum nardi Indicæ. Græci quidem ράφου στήχου dicunt, sed non χρόνου στήχου, neque στροφέου στήχου. Quare apparet, ut dixi, imitatione Latinorum seplasarios Capuz, & eos sequitos omnes Græcos id spicam dixisse. Contra στήχους Græcis est, quicquid nucameti modo compactum mucronato fastigio semen inclusum gerit, quod præcipuum in frugibus Cerealibus, a quarum similitudine Græci φλοτόμοι in thymo, stœchade & similibus στήχου ponunt. Dioscoridis sunt verba de Epithymo nondum a quoquam intellecta. Ea ego in gratiam Πλάνης iaceamus

studiosorum ponam. θύμους, inquit, θύμου δὲν αἴθος οὐ A  
 στραπόστερον καὶ θύμες εἰσι τότες ἔχει τὸ μεφάρια λεπτὰ, καῦφα,  
 ἀργεῖον τὸ χόντρα, ὡς τείχες. Hic dāligentiss. vir, atque Latinit-  
 atis obseruantissimus Ioannes Ruellius & se & alios in  
 magnos difficultatum anfractus induit, quum vertit: Capi-  
 tula habet tenuia, & leuia, & in eis caudiculae, quasi capillamen-  
 ta. Ἀρχέροντος vertit caudiculae. Dupliciter lapsus est, & quū  
 putat deminutuum ἀρχέροντος, esse ἀρχέροντος, & quū putat cau-  
 diculas diminutuum caudae Latine posse deduci. Neque  
 hoc satis. Nā quot lites inter Rhizotomos sevit hæc inter-  
 pretatio, alijs Græce nescientibus, alijs lanam caprinam  
 soñnantibus? Miseret me eorum, qui Dioscoridem tra-  
 etant, & Græce nesciunt. At Dioscorides non figuram Epi-  
 thymi hic nobis proponit, sed thymi illius, qui Satureiae si-  
 milis est: qui in Cappadocia & Pamphylia frequētissimus  
 spōte nascitur. Non, inquam, Dioscorides epithymum de-  
 scribit nobis neq; capillamentum illud, quo thymum quo-  
 que inuolui certum est: & quod ne Plinius quidem igno-  
 rasse videtur. sed thymum ipsum Cappadocem & Pam-  
 phylium. In quo multum decepti sunt isti immanium  
 Commentariorum consarcinatores, qui maluerunt perti-  
 naciter verum oppugnare, quam quid vellet Dioscorides,  
 diligenter pensare. Sed quid pensitassent homines & La-  
 tine, & Græce ignari? Quibus id facile ignosco, quia, &  
 nemo haec tenus errorem insignem in Dioscoridis verbis  
 non deprehendit. Nam pro ἀρχέροντος ἔχοντα ὡς τείχες,  
 legendum aio, ἀρχέροντος ἔχοντα ὡς τείχες. Epithymum, in-  
 quid, est flos e thymo duriore satureiae simili capitulis tenuibus, le-  
 uibus, mucronata cuspide, quali stœchadis. Ita enim vertendum  
 erat. Nam Dioscoridis Epithymum neque est capillamen-  
 tum, de quo supra dixi, neque hic illum nisi de spica thymi  
 agere certum est, sed illius thymi, qui tantum satureiae si-  
 milis est. Nam & thymus σάχη habet, ut & fæx Phar-  
 macopœorum sit, & testatur Nicander περὶ γάλακτος  
 ἐμπυναθέντος, quum ait: νέον βρυσέντα θύμον σάχην. Et  
 stœchas ad eius instar σάχη habet. Dioscorides de stœ-  
 chade, οὐοιν τὸ χόντρα κούλω θύμοι, & αὐτῷ id docet.  
 Ergo Epithymum Dioscoridis tantum capitulum & spica  
 thymi



A thymì durioris est ac thymbram referētis. intelligo thymbram, quam veteres κεφαλωτῶ vocabant, quia κεφαλῖα ut hic thymus habet. Sereius:

*Ac Thymbre speciem, quam commemorant Cephaloten,*

κεφαλῖοι igitur vocat spicas a similitudine cuspidum in Gbynis, & hastis, quae Homero & κεφαλῖοι & στρωποὶ dicuntur. Eleganter igitur ait capitula illa thymbræ esse mucronato fastigio instar cuspidum. imo ipsa fastigia cuspides vocat. Nos igitur, Dei virtute, primi maximam caussam errorum & periculosæ ignorantiae ex bono scri-nus exustulimus, quæ doctorum hominum ingenia ha-  
B pte sercuit, idque propter ignorationē huius partis hu-  
manitatis, quam Criticen vocant. Tanti momenti est er-  
rores veteres, qui iamdudum in bonis auctoribus inole-  
uerunt, odorari posse. Quare non est quod posthac quis-  
quam in Dioscoride cum Ruellio, aut vilas caudiculas, vo-  
ces Latino cælo ignotas, neque nescio quos pilos hariole-  
tur. Omnia plana sunt, omnia illustria, ac perspicua.  
κεφαλῖοi igitur hic sunt spicarum mucrones. At spicæ nar-  
di & spicæ allij alia ratio, quam feddere non possum, at  
illam recte possum. Nam quicquid in acumen definit, ve-  
teres spicū vocabant, vnde deminutum spiculum, & ver-  
bum inspico: vt, ferroque faces inspiciat acuto. Et sane κεφαλῖοi  
nihil aliud quam spicum.

co. SPICA Ciliſſa] De croco igitur intelligendum;  
quod in aris cremari ſolitum ostendimus. Ouidius: quum  
de aromatis, quæ ſacrifici adolerentur, loquitur:

*Nec fuerant rubri cognita fila croci.*

32 INGENIVM poſtitis irritat. est yōmen.  
Pag. 261,24 AT ILLI Pollicibus fragiles increpue manus) Non  
cuius obuium, quid velit Amerinus noster. Sed proculdu-  
bio erat gestus componentium ſe ad dicendum. Petro-  
nius: Intrat cinedus homo omnium inſulfissimus, & plane illa  
domo dignus, qui ut inſractis manibus congeruit, eiusmodi car-  
mina effudit. Idem: Reretexit ſuperbum pallio caput, & manibus  
interius in articulorum ſtrepitum conſtrictis, Quānam eſt, inquit,  
hec audacia? Hodieque multos id facere, antequam loquan-  
tur, videmus. At qui conuocatis viris, aut alioqui verba fa-

cere volebant, alia signa habebant, quibus sibi audientiam A faciebant: vt in Actis Apostolorum Paulus τιμὴ χριστοῦ καπανίας populum καπανίας. Veterum Christianorum temporibus, pollice, medico, & auriculari depressis, ac medijs duobus indice, & infami erek̄tis, significabant se verba facere velle ad populum. Fulgentius Placiades libro de Continentia Virgiliana: Itaque compositus in dicēdi modum, erek̄tis in iotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens ita verba exorsus est. Itaq; Episcopi sic pinguntur, quia eo gestu olim in loco, qui Salutatorium dicebatur Latinis, αὐτοῖς δὲ Græcis, alloquebantur populum, & benedicebant eum. Hodie Episcopi eo gestu benedicunt, sed tamen populum non alloquuntur.

27 VIGILANTIS tecta Suburre) Scribe auctore vetere libro, Vigilacis. quo verbo Iurisconsultus vtrit.

32 FECERVNT tepidas ] Huic pentametro subiungendum distichon: NEC C R E P V I T F I X A M E P R O P T E R A R V N D I N E C V S T O S.

Pag. 262, I NEC crepus fissa] Lege f i x a. neque, inquit, propter amores nostros cuenit id, quod alias solet, vt aut ianitor ex insidijs vulneratus sit a te, neque tegula a nostris tectis in caput tuum missa sit.

3 F O E D E R I S heu taciti ] χελιασθῶς cum genituio Græco more. οἴμοι τῷ πανδέων. Plautus:  
Di immortales mercimonii lepidissimi.

5 A T mihi non oculos quisquam inclinavit ] Noster, IN CLAMAVIT. Tangit motem claudendi oculos morientis cum clamatione nominis illius.

II C V R V E N T O S non ipse rogis] Mos Romanus. Herodianus libro quarto. Sed id prius ex Græca superstitione, Homerus:

Ἐνθάδ' ἀλλ' ἐνόπιο ποδάρκης δῖος αἰχλωβίς,  
ζαὶ ἀπαιδύτε πυρῆς δοιοῖς ἡρέστ' ἀνέμοιος  
βορεὶ καὶ ζεφύρῳ, τὸν εὔχεται καλλὰ  
πολλά τὸν κατένδων χεισώ δέπαι λιτανθει  
ἐλθέμεν, ὁ φεγγάρι πνεὺ φλεγθόταν γερρός,  
ὑλιτ' ἐσενοιτο κακήματα -

A 14 IN I I C E R E C<sup>o</sup> frāctō] Duo disticha quæ sequebantur,  
alio pertinent.

17 E T grauiora rependit iniquis] Iniquis quasillis, quia æ-  
qua pensa rependebantur heræ, nisi quin ob culpam ali-  
quam cogebantur iniquiora rependere. Ouidius:

Aequaque formose pensa rependis heræ.

20 CODICIS immundi] Et illa eodem modo damnata  
est apud Iuuenalem.

Horrida quale facit residens in codice pellex.

22 P E R nomen quoniam est aust̄a] Ab hoc pentametro  
sequuntur duo disticha ordine: LYGDAMVS VRATVR.

23 LYGDAMVS rratur] μιμοντς ex persona ipsius no-  
ua amicæ. Vratur Lygdamus, quia consuluit sagam No-  
mada super noua amica, quæ fortasse ad eius interitum  
spectabant: aut tale quid. Nam constat hoc velle Proper-  
tium. sed cuiusmodi fuerit id, pro quo lustrales saluas  
Nomas saga mouterit, id vero neque scio, neque admo-  
dum refert vtrum sciam, an nesciam.

B 24 S E N S I ego quum insidiis pallida vina bibi.] Verba  
non μιμονται, sed ipsius Cynthiae. est autem parenthesis,  
& legendum bibi, non bibt. Has voces imperiosæ pellicis  
audiui egomet, inquit, quum tacite bibi χασ, nam infe-  
rium vinum, quod Græci vocant χασ, pallida vina dicit.  
pallida ob mortuos, ad quos pertinet id vinum. Vini au-  
tem illius odore putabant elici animas ad bibendum, vt il-  
la bibula anus Plautina facit, cuius nares flos meraci Liby-  
ci percutit. Propterea χασ Euripides ρεκραν ἀγωγοις vo-  
cat in Ecuba:

δέξαι χασ μοι ταξδε καλυπτεοις  
ρεκραν ἀγωγοις -

25 A U T Nomas arcanas] Aut crucietur Lygdamus, aut  
tollat saluas lustrales & incantamenta saga illa, quam Ly-  
gdamus consulit. Nam quare consulit, si hoc non est insi-  
diari capitii, & vita meæ?

26 D I C E T damnatas] Ita liber noster. Sed legendum,  
Ducet. ducere hic est filatim liquefacere: vt fit in pingui,  
quod igne remittitur. Sane, inquit, testa ignea imposta li-  
quatim igne tabefactæ manus stillabunt, nisi arcanum pro-

q.ij.

diderit. Hæc est, ni fallor, vera horum versuum, & sedes, A  
& explicatio: qui antea & alieno loco positi, & obscuri  
erant.

28 A R D E N T e n o s t r o] Lege: Ardeat.

Pag. 263, 5 V N A Clytemnestra stuprum venit] Clytemnestra  
stuprum ~~ad~~ exstinxit, Clytemnestra impudica, sic scelus  
Polymnestoris, error Herculis, & talia multa Propertiana.  
9 Q V A Q U E errat turba Cybelles] Corruptum ex scri-  
ptura, Quaque era rutunda Cybelles. Rutundum pro ro-  
tundo veteres.

12 N A R R A N T historie pectora] Noster, corpora. Ita  
reponet.

13 H A E C summa eternis] Mallem: Hæc sua maternis.

15 N A R R A T Hypermnestre] Vitiosa interpunctio  
sententiae bona iniuriam facit. Nam ita potius:

Narrat Hypermnestra magnum ausas esse sorores.

In scelus hoc animum non valuisse suum.

22 P A R T H E N I E patuit] Ita interpunge:  
Nutrix in tremulis nequid desideret annis  
Parthenie, patuit, nec tibi anara fuit.

23 D E L I T I A E Q U E mea latris] Et in veteribus inscri-  
ptionibus serui, & ancillulae dicuntur D E L I C I V M. Eas,  
ni fallor, abras vocabant Attici. Martialis:

Lomento rugas vteri quod condere tentas  
Polla, tibi ventrem, non mihi labra linies.

Inepte, lego:

Lomento, rugas vteri quo condere tentas,  
Polla, tibi ventrem non nihil abra limit.

Iuuenalis Abram intelligit.

- & flauam, quæ fert mandata, puellam.

In Glossis, Fauea, παύδην, Fauens, πάνις.

Pag. 264.15 Q V M vicina meis] Noster, Quum vicina nouis  
aura cucurrit agris, quod puto verum, modo aura pro aura  
legas, hic supra:

Publica vicine perstrepat aura via.

Quum, inquit, aura strepitus verberavit aures viciniæ, no-  
uos agros vocat exquiliias, quæ eo tempore colebantur  
sublato communī sepulchro plebeiorum. Horatius:

Nunc licet exquiliis habitare salubribus.

A Mæcenas etiam ibi concessis ab Augusto aliquot iugeribus cepit hortos colere, qui ab eo Mæcenatiani dicti fuerunt.

16 LANVVIVM annoſi] Verba Plutarchi, quæ nos olim in hunc locum annotaueramus, adducerem, nisi hoc iam a Turnebo factum viderem.

19 QV A penetrat virgo] Ita & noster. sed inepte. lego;  
Qua penetrat. (virgo tale iter omne caue.)

23 QVVM temere anguineo] Repone ex fide scripti libri:  
Quum tenera. Tenera, hoc est puellaris. In monobiblo:  
Ne tenera adſidua colla grauenetur aqua.

Tenera colla, puellaris. novēdīa poetice.

25 VIRGINIS in palmis] Virginis κανθόρου.

28 HVC mea detonsis deuecta est Cynthia mannis] Ita recte Beroaldus ex veteri lectione, ab annis. sed mirum detonsos dicere, quos Ouidius iubatos facit.

Parnaque cumprimum rapientibus effeda mannis  
Ipſa per admissas concute lora iubas.

Alibi de mannis:

Frenaque in effusa laxa iacere iuba.

B Glossæ, Mannis βουέχοις. Ita etiam Acro in Horatij Epodum.

Pag. 265, 4 SERICA nam taceo] Has nugas excogitauit Beroaldus, atque illi commentum placet. Vetus lectio: Si-  
riga nam r apto. vel capio. Lego: Striga. nam capto. μίμητε ex persona Cynthiae. Cynthia, inquit, primo temone fe-  
dens dixit aurigæ, Striga. nam ea re huc veni ut volsi ne-  
potis carpenta rapiam, & armillatos canes. Strigare quid esset, satis alibi in Parodium Virgilij diximus. Strigare equi dicuntur, quuum interquiescant: a Striga loco, ubi hoc solent facere in exercitu. auctor Charisius. Glossæ falso le-  
gunt Triga. Triga, ὁπος ὁπυ ἡπατι γοναῖον. Contra-  
rium est Restrigare. Seneca Epistola quarta. Surge, & re-  
striga, at clivum istum uno, si potes, spiritu exupera. Hodie male  
in Senecæ libris, Surge, & inspira.

4 VOLSI carpenta nepotis) Volsum, δέσποτα πατέρων  
intelligo: nepotem, αὐτῶν. Seneca declamationum libro  
primo: in iſis volsis atque expolitiis, & nusquam nisi in libidine  
q. iii.

*viris. volvis πιπίθωμόνεις idem apud Iuuenalem, refinata A inuentus.* Aelianus : φασὶ γέ τετο παραπόνοι πε καὶ πυρώνοι σφισάκισκῶν διηδέλων, ἐκεῖνο αὐτὸν σαπες πε καὶ πιχθωτες, οὐ πισταὶ ως οὐδὲ μαρακέ εἰς γαμάκας ἀποκρίνειν.

Ita legi debet locus ille apud Aelianum.  
6 Q u i dabit immundæ) Qui se autorabit ludo gladiatorio.

16 V N V S erat tribus in secreta lectulus herba) Nulla herba erat, sed prouerbialiter dictum. Supra:

*Si te non totum Chloridos herba tenet.*

18 V T R I Q U E astiuasupplex) Lege: vitrique. Carmen in mēses anni, quod legitur secundo Catalecticorū nostrorum:

*Fontanos latices, & lucida pocula vitro*

*Cerne ut demerso torridus ore bibat.*

Loquitur de Augusto mense, De eodem in alio carmine:

*Augustum penitus torret Phaethontius ardor,*

*Quem recreat fessum gello, facilla, melo.*

Gello est vas vitreum. βαυκάλιον Græci vocant. Isidorus in Glossis : Gellonem, baucalem. & alibi : Baucalem, gellonem. B

19 E T Methymnei grata salina) In nostro, Greca. recte. intelligitur enim οἶνος Στελασίνη, quod Celso dicitur vinum falsum Græcum, libro tertio, capite sexto. item capite septimo & decimo. Puto Beroaldum hoc primum mutasse, vt ille fuit vir quidem nulli iudicij, sed lectionis multæ.

20 N I L E tuus tibicen erat) Ait se medium inter Teiam, & Phyllida collocasse. Cur igitur hic facit crotalifistriam Phyllida? Sed, ne in nugis lectoris animum occupem, legendum:

*Niletes tibicen erat, crotalifistria Philis.*

Hoc est, Aegyptius erat & Niligena tibicen, sed crotalifistria Memphitica, aut Syenetica. Nam Philæ insula ad Syenem. Seneca Quæstionum libro quarto : Philæ insula est aspera, & rudiq[ue] prærupta. Duobus in unum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur, & nomen ferunt. Vrbs eam tantum complebitur. Hanc Nilus magnus magis, quam violentus egressus Aethiopiam, arenasque, per quas iter ad commercia Indici maris est, prelabitur. Et quæ sequuntur, sed vide Strabonem, qui hæc fusius tractat. Iam Aegyptij Choraulæ, &

A Crotalistriae in precio erant. Petronius:

Membritides puelle  
Sacris Deum parate,  
Tinctus colore noctis  
Manu puer loquaci.  
Anus recocta vino  
Trementibus labellis.

Nam & puer manu loquaci, est χρονιῶν χραύλης, & anus  
recocta vino est Crotalistria. Sed idem prope est. In epi-  
grammate:

Ἐξακριεωσαμόν την πύχει χρονιῶν π. Item,  
η κροτάλοις ὄργανοις αριστέον, &c.

Et quid crumata essent, & quid scabilli, alibi docemus.

eo. NILE thus) Scripsimus, Niletas. νηλεῖται. nisi malis  
Nilotes, νηλώτης.

eo. CORALISTRIA) Vix ephebos egressi legeba-  
mus, crotalistria. Tamen Turnebus videtur sibi de Annibale  
victo triumphare, quum rem tritissimam, & puero facilli-  
mam venditat.

B eo. PHYLLIS) Philis scripsimus, φίληθεν. Crotalistria  
Philis, ut Hospes Zaczyntho.

22 NANVS ex ipse suis breviter concretus) Noster, C V R-  
VATVS, non CONCRETVS. In hoc verbo curvatus  
datebat priscus mos pessimi mangonij, quum pueros cog-  
rent non crescere. Dionysius Longinus ἀφὲν θύσιοις. ὥσπερ  
οὐδὲ αἰκόνα τὰ γλαυκοκαμέα, ἐν οἷς οἱ πυγμαῖοι καλούοις πα-  
γον τε ἔφοται, μόνον κωλὺς τὰ εἴκεκαλούνεται, \* ἀλλὰ  
καὶ σωσάται διὰ τὸν ὁσπειόδρομον τοῖς σωσαστοῖς σεμνοῖν.

23 IACTABAT truncas ad caua buxa manus] Cava bu-  
xa, sunt scabilli vel tibia. Statius libro septimo Thebaidos  
- ex ad inspirata rotari Buxa - Ibi vetus interpres: Buxa, tibia,  
vel scabillum, quod in sacris tibicines pede sonare consueverunt. Si  
igitur pro scabillo accipiamus, referendum ad crotali-  
striam, quae scabillis crumata ciet. scabilli autem, aut te-  
starum, aut lapidum crepitus. Pindarus, μεγάλοι ρόμβοι  
κυμάτων, οὐ τὰ καρχαλάδων κρίτατα.

24 S E D neque suppletis) Eadem narratio de eadem re  
apud Petronium: Lucerne quoque humore defecta tenue, ex  
q.iiiij.

*extremum lumen spargebant.*

Pag. 266, 6 IN *vultum conicit vngues*) *Lego, ignes*, propter  
id, quod sequitur. Supra:

*Tu minitare oculos subiecta exurere flamma.*

Pag. 267, 1 *S V E F F I T & pura*) *Nofer, suffocat*, primus Beroaldus suffit emendauit. ego veterem scripturam retineo. Suffocare secunda longa Grammatici deducunt a faucibus: eadem correpta, a foco. Hoc enim notant veteres Grammatici. Suffocare ergo, est πυρωστι. Theocritus de eadem re loquens - πυρωστη δώμα θείω. *Suffocate domum sulfure.*

*R E S P O N D I*) Verbo iuris virut. Stipulata enim erat ab eo. Hoc est enim, *indixit leges*.

14 *F V R T O polluit ille locum*) Correctorum flagitium, qui LOCUM PRO IOVEM posuerunt. Ita enim scriptura nostra. Iouem ἔγειρον intellige. cui incensis odoribus in prunæ batillo sacra siebant nouorum hospitum aduentu.

Pag. 268, 8 *P A N D I T E defessis hospita vestra viris*) Varie terrorunt hunc locum correctores, neque tamen propterea effecerunt, quod volebant. At vetus lectio: *hospita rana*. puto, *hospita fana*. Fanum est, vbi ara, vt hic.

9 *C I R C A Q U E sonantia Lymphis*) Lege: *Circoque*, aut circansque, quod magis placet. vide qua in Tibulli librum primum notauiimus.

16 *A C C I P I T E hec fesso*) Versus suppositius, qui infra legitur. Nam hic lacuna relinquenda.

25 *A L M A sacerdos*) Quæ vocatur Damatrix. Vide Festum.

Pag. 269, 16 *S I C sanctum Tatiae composuere Cures*:] *Lego Tatii. Cures in masculino*, vt Veij.

25 *C E N I N V M Acrona*] In nostro est declinatio archaica, *ACRONTA*.

28 *R O M A tuis quondam finibus horror erat*] In nostro, *HECTOR ERAT*. Quod valde placet. tanquam alter Hector metuebatur tibi, vt ille Priamides Græcis.

29 *A V S V S sperare Quirini*] *Quirinis*, noster. *humeris Quirinis*.

Pag. 270, 4 *Q V I tulit aprico*] Proverbium. Sic Horatius:  
- in pace aptarit idonea bello.

22 *I Y G E R A parua Core*] Ita noster. sed quædam anti-

quaē editiones habent, iugera terra, aliæ trita. Suspicio legendum, ingera terna. Intelligit enim exiguum agri modum, qui militi pro virtute assignabatur. Iuuinalis:

Mox etiam fractis etate, ac Punica pafis

Prælia, vel Pyrrhum immanem gelidoque Molossoe

Tandem pro multis vix ingera bina dabantur

Vulneribus --

Et bene hic conuenit, iugera terna, quia dixit;  
ultima preda Nomentum -

23 D E S E C T A Tolumni cervus] Mirum Ouidium putasse.  
Tolumnio cognomen Larti fuisse. quum Lar sit dignitatis nomen. Ait enim in Epigrammatis:

Larte ferox cæso Cossus opima tulit.

Atqui, vt dixi, Lar est princeps lingua Hetrusca. Ausonius:  
Tertia opima dedit spoliatus Aremoricus Lars. Lars, ἀργοντες, ἀργοστες. Vnde Lares apud Romanos, sunt Dij argostes, familiae: qui ab eo propterea Praestites vocabantur, hoc est ἀργοντες, ἀργοστεοι. Adde quod nisi Tolumnius fuisset Lar, hoc est, princeps aut dux, spolia de eo non fuissent opima. Nam ea sunt, quaē dux a duce auferunt.

26 B E L G I C A quum rasti] Noster aliam lectionem præfert: Belligerat rasti. lege Belligerans. vt supra circans, pro circa. Erroris causa, quod archaicos scriptum erat, belligeras, circas. vt prægnas, animas, antistas, sine N. Interpungendum autem sic:

Claudius a Reno traiectos arcuit hostes

Belligerans. rasti parma relata ducis

Virdomari - Ita sine dubio scripsit Propertius.

cod. P A R M A relictæ] Ita noster. Sed magis placent editiones antiquæ in quibus est RELATA.

27 V I R D O M A R I] Virdomarus ad verbum Σέριππος. Nam mar apud nostros erat Equus. auctor Pausanias. Gallorum veterum idioma sine dubio Teutonicum fuit. Noster liber non VIRDOMARI, sed VIRTOMANI. & id quoque Teutonicum. Virtomanus, Σέριππος. Vuirtman.

29 I L L I virgatis iaculantis ab inguine braccis] Iaculari ab inguine barbarum est, at contra Græcum a capite. Euripides Hippolyto: καὶ τοῦτο τὸν ξαῖδαν πίλας θεωρῶν ὅπ-

πάντας ὅπλοχον ἔχουσ' ἐν χειρέβελος. Sed in nostro nō ab in-

guine, sed ab agmine legitur. quod profecto lōge melius est.

cod. ILLI] αρχαικῶς, pro Illius.

cod. VIRGATIS) De virgatis sagulis Gallorum vide  
iunencilia coniectanea nostra. Virgatam tigrem vocat Se-  
neca in Hippolyto. item Silius libro quinto:

*Stat sonipes, vexatque ferox humentia frena,  
Caucaſeām infrātus virgato corpore tigris.*

Virgatam tigrem vocat, quam Euripides τίκτων γῆ βασιλεῖ.  
Hic autem Virdomarus virgatis braccis dicitur ut, - domus  
sanie dapibusque cruentis.

32 O M I N E quod certo dux ferit ante ducem ] Hæc lec-  
tio non erat in nostro, sed, dux ferit enēlatus. Quod au-  
tem tam anxie quærant Feretrij etymon, cauſſæ non eſt:  
quum certum ſit dictum a Feretro pompæ triumphalis.  
Valer. Flaccus:

*Has, precor, exuuias, & opima caduera nostro  
Linquite, ait, feretro -*

Pag. 271, 16 N V M minus immites habuit ) Malo habui. Ita ergo  
legendum:

*Num minus immites habui Cornelias parcas,  
Et sum, quod dixi quinque levatur ouis?*

24 A S S I D E A N T fratres ) Cauſſam vult dicere co-  
ram iudice quæſtionis.

27 F A L L A X Tantaleo] πανταλός, αἰδωνός, δευκαλί-  
θος, ήεκαθός & similia Tarentini. a quibus Romani  
Tantaleus, Adoneus, &c. Ausonius: Cöcedat Cei Muſa Simo-  
nidei. Simonideus, σιμωνιδεύς.

30 I P S A loquor pro me ] Αὐτολογίκος enim λόγος,  
qui ſequitur.

eo. s i fallo ] Mos reorum cauſſam dicentium, qui  
iurabant ſe nihil mentituros.

32 s i cui fama fuīt ] Exordium.

Pag. 272, 1 Y E R A Numantinos] Conficta lectio ex antiqua,  
Atra. At nos, Afra. Numantinus excidit Carthaginem.  
hoc & lippis & tonsoribus notum.

9 A F R I C A tonsa iaces ] Eſſet ſimile illi:

*ημιέρας βραχίς απόρη μόρος εκέρανο δύζας.  
Conſilii noſtri laus eſt attonſa Laconum.*



A Sed noster tanta iaces, quod dictum *Sauvastus*.

10 ET Persen proauis] Silius de Philippo, quem vice-  
runt Romani, patre istius Persae:

Hic gente egregius, veterisque ab origine regni  
Acacium sceptris, proanoque tumebat Achille.

12 ME neque censuræ legem mollisse] Nihil fecisse indi-  
gnum censura mariti Pauli. Infra:

Filia tu specimen censuræ natæ paterne.

14 LABE mea nostros] Lege, vestros. Ita & scriptus liber.

15 NON fuit] Mclius liber, Non erat.

21 TURPIOR assensio] Quasi non damnaretur, nisi  
confessa.

29 DEFLETA & gemitu] In nostro, Defensa, videtur  
nescio cuius culpæ suspitione perstricta fuisse Cornelia,  
quod ex sequentibus cognoscitur. Quod, inquit, male-  
uoli de me rumoribus differunt, hoc falso esse conuice-  
rit vnu Cæsar, qui mortem meam defecit, cuius lacrymæ  
mihi defensionis, ac patroni vicem sunt.

B 30 ILLE sua nata] Alter vulgus hæc accipit, ac sen-  
tientia poeta. Hoc vult enim: Cæarem solere prædicare  
me fuisse dignam, quæ illius filia esset, non sororē Iuliam  
tot impudicis factis suis infamem. Ille, inquit, ait sororem,  
hoc est me, dignam sua nata vixisse, hoc est verius dici  
posse natam suam, quam illam, quæ se se tanto crimine in-  
famauit. Me filia potius, quam priuigna nomine dignam  
fuisse. Hæc videatur igitur post relegationem Iuliæ conti-  
guisse. Notum enim, ut illam Pandataria insula relegarit pa-  
ter. Addit Dio: οὐδὲ δὴ χρησαμένον αὐτὴν ἡ μάριοις  
ἀπτώνοις ὡς καὶ Κηνῆ τῇ μοναρχᾳ τὸν περίξας απέθανε μέτ' ἀλ-  
λων θυῶν. οἱ δὲ λοιποὶ εἰς τὴν τοιαύτην περιουσίαν. Nō dubium,  
quin inter hos relegatos Ouidius fuerit, quem profecto ob  
illam rem tantum damnauit Augustus, non ob libros.

32 ET tamen emerui] Hinc colligitur ornamenti  
consularibus efferri matronas, quarum filii magistratus  
curules gessissent, quod dignum est notatu.

Pag. 273, 3 CONDITA sunt vestro numina nostra] Repone  
LVMINA. quod & mos priscus vulgarissimus, & libri no-  
stri scriptura postulat. Ita autem distinguendi versus hi:

Te, Lepide, & te, Paule, meum post fata leuamen:  
 (Condita sunt vestra lumina nostra manu)  
 Vidimus, & fratrem sellam geminasse curalem.

§ C O N S V L E quo factio) Hinc lege distichon, ET  
 BENE HABET. item illud, NVNC TIBI COM-  
 MENDO. Illud autem FILIA TV SPECIMEN cum  
 duobus sequentibus alio pertinent.

IO FVNGERE maternis) Euripides Alcestide: οὐ νῦ  
 θως τῆς δ' αἵτ' εἴησι μήτρεύοις.

20 SEV tamen aduersum] Vide quæ in Festum notaui-  
 mus voce Parilia. quæ conueniebāt in manum viri, lectum  
 sibi sternebant in atrio, quem aduersum vocabant, quia e  
 regione ianuae esset. Hoc confirmamus testimonij Asco-  
 nij, & Laberij. Ianua dicitur mutare lectum, quæ vider  
 alium aduersum lectum in locum prioris, noua scilicet  
 vxore domum ducta. Atque hæc est vera huius loci in-  
 terpretatio.

31 PROLE mea Paulum) Post hunc versum iunge tria  
 disticha, quæ superius a nobis relicta sunt; FILIA TV  
 SPECIMEN CENSURÆ, &c.

32 FILIA tu specimen) Lege, specimen.  
 Pag. 274, 4 HAE c est feminine] Epilogus.

9 CVIVS honoratis offa vehantur aquis) Legendum  
 EQVIS, vt habet noster codex. Hæc confirmingat quæ su-  
 perius dixi, nempe matronas honorarijs vestibus, curru &  
 sella curuli efferri, quæ filios consulares aut aliis curulibus  
 magistratibus functos reliquerent. Nam equi honorati,  
 sunt curules, vel currus prætorius, in quo sella curulis.  
 Quare & Prætorium ius dicitur honoratum, & hono-  
 rarium, & ludi Prætorij, honorarij ludi, & Prætor ipse hono-  
 rarius magistratus. Ouidius:

Verbaque honoratus libera Prætor habet.

Ita autem hæc vltima distinguenda:

Causa perorata est, flentes me surgite testes.  
 Dum precium vita grata rependi humus,  
 Moribus & celum patuit, sim digna merendo  
 Cuini honoratis offa vehantur equis.



Omissa & errata quædam sic reponit  
& emendato.

Pag. 7. lin. 6. post hæc verba Q V O N I A M interpolatum est.  
hæc repone. Ennij quoque Epitaphium ab huius mendi  
contagio tutum non fuit. Nam quum ipsum a poeta con-  
ceptum ita esset:

Nemo me lacrimis decoret, neque funera flentis

Faxit, quom volito viuo' per ora virum.

quum, inquam, ita conceptum fuisset, tamen Grammatici  
Q V M in Q V R mutarunt. Vbi vides eundem errorem.  
Pag. 10. lin. 2. post, porarium. Inde vetus Glossarium: Affa cellæ,  
αφιθρωτίειον.

Pag. 19. lin. 37. lege, παρομιώδη.

Pag. 32. lin. 11. non decores sint

Pag. 42. lin. 10. sane purum putum

Pag. 64. lin. 25. Omnibus aut dulcem

Pag. 73. lin. 31. Nam maximu' in

Pag. 110. lin. 14. lege, & magno patrimonio imminuto, ira ac  
dolore animi

Pag. 128. lin. 22. post, multetur malo. Inde Glossæ: Putatris,  
ξαστρα.

Pag. 156. lin. 13. lege, Aptior, and

F I N I S.



